non indocti dixerūt ad instar, nos præpositionem elegantius omittimus, testibus Seruio & Valla. Virgi. Instar montis equū diuina palладis arte edificat, ne dixeris ergo, Petrus babit instar uaccę, sed in modum uel in morem uaccę &c. dixi substantiuū quia adiectiuū sæpe aliū casum regit, nisi fiat substantiuū, ut summa summarū, apud Pliniū summū domus. Item scire Petri, quia fungit̄ officio substantiuī, qđ est scientia. Dixi pro diuersis, alioqui staret in eodē casu per appositiōnem, ut ex urbe Messana, ex urbe mediolano melius, qđ ex Mediolo no &c. continens Gallia, insula Britannia &c. De hac re lepidissime Valla in Raudensem. Dixi uel ut diuersis accepta, quia sæpe uere capiuntur pro eodē, ut uirtus dei, nihil enim est in deo quod uirtus dici posset quod non sit ipse deus, sic secundū philosophos, qui nominales uocātur, pro eodē accipiūt̄ substantia hic, paternitas Pauli, figurae ligni, motus cœli, quātitas panni &c. quia tamē habet se ut abstractū & concretū (ut ipsi loquuntur) que sæpe p̄ diuersis accipiunt̄, ideo retinent constructionē eorū que pro diuersis sumuntur, nemo em̄ sic loquitur, uirtus de⁹ &c. Itē aliquid Petri, id est de petro, nō, p̄ eodem accipit̄, qui aliquid partē dicit, Petrus totū, ideo quid rei, p̄ q̄ res dicimus, non quid res, licet pro eadē re accipi possunt. Quātū autē loquendū esset per hęc adiectiuā p̄fertim in ntō & actō quis, que, qđ & horum cōposita multus ta. tum. & hic, hęc, hoc, interdū iste, ista, istud, ille, illa, illud, is, ea, id, & plura iam declaranda, optimū fuerit, ut Augustinus in elegatiōs docuit, adiectiuū tale in substantiuū mutare quid aliquid &c. Multū plus plurimū, hoc, illud, istud, & quod substantiuū adiectui fuerat in ḡtō locare, ipsius seruato numero, Teren. Ne ille scit hoc paululū lucri quātū dāni apportet. Idem. Quid hominis est, Plautus, necq̄ habet plus sapientię qđ lapis. Cice. Habeo minus uiriū qđ uestrū uteruis. Iuuenia. Quantū quisq̄ sua humorū possidet arca Tantū habet & fidei. Tullius. Tibi autē idem consiliū do. Teren. Dij boni, boni quid porto, Plautus. Caeu mihi mēdacū quicq̄, Salu. Nec pensi quicq̄ habebant. Ouidiana Helena ad Parizem. Non tibi plus cordis, sed magis oris erat, sic mltū uini, qđ uxoris, sed contemptū orationes hęc pariunt̄ si res ipse partitionē asperguntur, ut nescio quid hominis sis, quasi non plane sis homo, sed hominis particula, tātulū laboris, plus dabis, minus rixę inuidicę ornatissimę sunt locutiōes. Plautus in Afina. Nec eū puduit id ætatis sycophatiās struere, id etatis pro ea etate posuit. Idem in Amphitrio ne. Quis hic est homo quē ante edis uideo, hoc nōctis nō placet. Idē hoc nōctis solus ambulē. Idem. quid isthuc noui est pro istud freqns est apud comicos. Dixi sine cōiunctione media, tunc enim alterum

Ioannis Despauterij Niniuite.

ab altero non regeret, ut molē montiū, régimē est molē & monteis
nō est régimē. Vbi notaē regula elegatię quā Niger ponit. Si habue-
ris orōnē fixi & mobilē, aut in qua, p̄prietas regit subiectū p̄ duo sub-
stantiū, intercedēte cōiunctiōe interī ornatus loqmur (absit semper affectatio, q̄ nihil odiosius ait Fabius) Virgi. Arma uirūq̄ cano,
id est uirū armatū, ut multi dicūt. Idē. Molēq̄ & mōteis insup̄ altos
imposuit. i. molē altorū montiū. Cauēdū ne ab honestate naturaç
discedamus. i. ab honestate naturę, aut naturali rerum, chlamyde &
purpura ē indu⁹. i. chlamyde purpurea. Ioānes in manu gestat anu-
lum, aurūq̄. i. anulū aureū, iuuenū mores & honestatē probo. i. hos
nestos mores iuuenū. Ser. dicit esse figurā metri cā. Virgi. Pateris lis-
bamus & auro. i. pateris aureis, dixi explicite uel implicite propter
Asyntheton. Terē. Dū etas, metus, magister, phibebāt. Potes addere
uersum. Hec interpones substatiū bñ uerbū. Inter hec pones bene
uerbū substatiū, ut liber est Ioānis, & etiā habēt uim uerbi substatiū
ui, ali⁹ dicūt uerbū ipsum tunc ḡm regere, ali⁹ a noīe, sed intercedēte
uerbo. dic ut uis, quia parū cōfert ad hāc rē quā diligēter q̄rimus.

Ex qua ui dictio aliqua regatur.

Quārenti vīres sit pro ratione voluntas

Aīsiduusq̄ usus magnorum grāmaticorū.

Alexādrini & qui ante Alexandrū fuerūt (ut opinor) plurimi a dos-
etissimis illis oratoribus poetis, historicisq̄ ad barbariē deficiētes, ce-
perunt optima omittētes cōuerti ad nugas magno docētes nihil sc̄i-
re. Fuerūt itaq̄ hi plurimū impediti circa régimīnū uires, nec suffi-
ciebat dicere liber Petri est latina, quia sunt duo diuersa p̄ rebus ac-
cepta substatiua, ideo alterū debet stare in ḡtō, uidebāt em hoc non
sufficere, quia q̄ si uissem q̄re nō dicimus Ioānes chimere, Petrus uac-
ce, ut uacca petri, debet em esse certa habitudo dictiōis regētis ad res
etiam. Ea autē habitudo est uis régimīnis, ut aiūt, sed qcqd est hāc res
pniciosa, & puerulis nō tradēda q̄bus sufficit dicere authores doctiſ
simi uoluerūt, diceremus liber petri &c. q̄a sunt duo substatiua, sed
q̄re nō dicimus petrus libri, q̄a certe nullus est sensus, hoc inquā suf-
ficit pueris, ut q̄re pedo nō habet pes, ut lēdo leſi. Certe nulla rō est
niſi authorū uolūtas, ut habeo regit actū cornua, ut habes cornua
quō autē habeas an, ut uacca in capite tuo, an ut rē possessam, quia
habes uaccā quę cornua habet, ergo & tu, an canis sit pater Ioānis. i.
pater quē possidet Ioānes, an q̄ genuit Ioānē, nihil moror. sc̄io hanc
esse latinā pater ioānis, quia sunt duo substatiua in aliquo bono sen-
su &c, sed q̄m diuersē sunt hūi⁹ regulē habitudines nō inutiles, p̄ ue-

ritate multarū orationū, aut falsitate inquirēda, ideo ut potero paucissimis hanc rem pro curiosioribus perstringam.

Diversæ habitudines substantiuarū huius regulæ
pro curiosis hic positæ non inutiles.

Primū itaq; regens significat rem possessam, ut Liber petri. i. quem possidetuel habet petrus, domus socratis, uulg⁹ dicit tortes, qd' cor, ruptū esse credit, p socrates, ut Sanderus p Alexander &c. Cucullus pauli, nā cappa nō credimus latine dici, nisi ex docto, pbei, dñs fundi, & fundus dñi, magister dom⁹ & domus magistri, aula principis Aulicus qui morat apud principe, curia em rathus, curialis de eadē curia, non est autē q apud principe morat, pes Petri est possessio im pura(aiunt) quia homo nō est dñs mēbrorū scđm cōsultos, liber Pe tri est possessio pura, quia libri Petrus est dñs, potest em uēdere &c.

Secūdo, dīctio partis regit totū, ut ungula equi, crista galli, pupilla oculi, digitus pedis, sura cruris, nucleus iuglādis, putamē malī, aruina suis, abdomē porci, uertex montis, uortex fluuij, radix mōtis, capitellū turris, pinaculū tēpli, testa oui, femur anseris, lumbus anseris, mēbrana oui, armus ouis, petaso suis, clunis porci, fastigij muri, culmē domus, sumū imū, medītū urbis, nāq; adiectiuā sepe substantiuantur(ut aiunt) ueluti occulta sapientie, nuda colli. Tertio, nos mēpprietatis regit gtm subiecti, pprietas est accidēs, subiectū est cui pprietas cōuenit, ut species Pauli. i. pulchritudo, eloquētia Cicerōis fortitudo Hectoris, calliditas Vlyssis, dolor capitis, nigrū corui. i. nigritia, uelle Petri &c. Quarto, dīctio significās rem contēta regit gtm rei cōtinētis, & econuerso, ut sinū lactis, cadus olei, patera uini, acerra turis, dolū ceruīsi, herba horti, uinū uasis &c. Quinto, dīctio tēpus significās regit gtm actus, ut tēpus loquēdi, faciēdi, prāde di &c. spatiū pōenitēti, dies lēticie, hora coēnē, dies esuriei uel esuria in q iejunandū est, sic tēpestas, etas, euū, sēculū, annus, dies, hora &c. Cōuerti hēc regula, ut iter triū dierū, octo horarū. Sexto, nomē significans platiū regit gtm, ut rex Romanorū, dux Burgūdi, prīceps sacerdotū, publicanorū, plectus urbis &c. Septimo dīctio si gnificans ministrū regit gtm, ut questor pontificis, scriba regis, cācelarius regis &c. Octauo, dīctio significās pximū regit gtm, ut uici nus petri, cōterraneus pauli, sic socius, sodalis, socer, gener, priuignus uictricus. Et nomē significans cōtrariū, ut inimicus, hostis petri &c. proximū dicimus uel loco uel sanguine uel affinitate &c. Nono uerba substātua regūt gtm, ut iusticie cultor, rigidi seruator honestū

Ioannis Despauterij Niniuite.

Iuuue. Vicitrix fortunę sapiētia. Tullius. Virtutū adiutrix amicitia cē
for morū. Hora. de sene. Difficilis q̄rulus laudator t̄pis acti Se pue
ro cēsor castigatorq̄ minorū. Professor iuris. genitrix christi. opp̄s
for pauperū. suggestor malī. osor neqt̄e. doctor iuuētutis. p̄ceptor
puerorū. uulgas dicit lector. sator scelerū. amator mīlerū &c. Iudex
ueri. hec ab actiuis p̄ relatiū declarant. citra t̄n t̄ps signifi cāt. ut ama
tor uini. q̄ amat uinū habitu licet nō actu. uñ dic̄t regimē actus cō
uersi in habitū. sin minus ab actiuis ueniāt. p̄ relatiū nō declarātur
ut cursor regis. & si qd sile est. in hymno dic̄t. sessor aselli. p̄ infessor.
Sed uerbalia in tio. ut amatio. tactio &c. apud ueteres regebant ca
sus suorū uerborū. ut apud Plautū frequētissime. ut in Meriechmīs.
Quid me uobis tactio ē. in Truculēto. Quid tibi huc uētio est. quid
tibi hāc additio est. qd tibi hāc notio est. inquā amicā meā. Cupido
glorię &c. ad tertīā regulā reducas &c. licet in gloria nō sit cupido.

*egloga et
ecloga*

Decimo dictio significās effectū uel opus. regit ḡm significātem
causam efficiētē artificalē. ut ilias Homeri. egloga Virg. labyrinthus
Dedali. ecloga Theocrīti. Differūt aut̄ egloga & ecloga. ut in uersi
logo dicemus in eān g. Vndecimo. dictio significās effectū. regit
ḡm finis. ut potio sōpni. ambulatio sanitatis legiſ apud Senecā &
alios etiā doctissimos. festū diuē mariae. tēplū Petri. ara triūphi. quē
ḡm Alexāder uideſ improprie posuisse. p̄ ḡtō uictorię. Duodeci
mo. dictio significās effectū. regit ḡm q̄ significat causam naturalē il
lius effectus. ut calor ignis. lumen solis. tela araneę. nidus hirūdinis.
mel apiū. pudor culpę. gratia dei &c. poena reatus. Decimotertio
dictio significās effectū. regit ḡm cause formalis. ubi dictio regēs &
dictio recta. p̄ eodē sumunt. ut uirtus dei. qd boni. qd rei &c. Thessa
lienlis huc reducit. multi sōpniāt hic literatores. Decimoquarto.
dictio significās effectū. regit ḡm q̄ significat materiā. ut aceru⁹ lapi
dū. anulus auri. cratera argēti. Perli. Si tibi crateras argēti incusac̄
pingui Auro dona ferā. Melius t̄n dicimus crater argēteus. uas fer
reū. cibus herbaciū. nūmus argēteus. sunis canabaceus. cœlū cristal
linū &c. argētatus nō totus est ex argēto. sed in supficie. argēteus to
tus ex argēto. de posselliuis in alio libro disputamus. Decimoqñ
Rhein Aug
duplum dimidiū. genus speciei. magister discipuli. sacer generi. auus
uel auia. nepotis uel neptis. patronus liberti. Relatiū est qd aliud re
spicit. sine q̄ ip̄m neq̄ intelligi. ut paſ respic̄t filiū. patronus libertū.
& in alia significatiōe patronus respicit cliētē. & hec dicunt̄ relatiua
logica. qā unū faciūt p̄dicamētū &c. alia de qbus aī diximus dicunt̄
relatiua grāmatica. ubi cō cōponit noī ip̄m est relatiū logicū. ut cō
milito. cō discipulus. cōpotor &c. sunt relatiua logica sed adiectiuā.

de quibus infra dicemus. Decimosexto. Idque quod esse solet sub consuetudine ponatur ait Alexanus, ut pes porci, etiam si nunc porcus sit mortuus, & uas uini quod uinum solet continere &c. Decimo septimo. Quodlibet nomine substantiuum potest regere genitivum pluraliter, & tunc significatio excellere. *Omnis res est omnis res*
flos fons omnis res
ars artium scientia scientiarum
cattica canticorum scientia scientiarum
flos florum uirgo uirginum secula seculorum
deus deorum coetus coecorum organum organorum &c. Decimo octavo. Dictione significans re uenitibile &c. regit genitivum pluralem, ut panes ducentos, rurum denariorum non sufficiunt eis, hoc trioboli quasi adiectione dicitur propter trium obolorum. Plau. Quid ait naus minimi pluram, equus uiginti aureorum, salmo trium solidorum &c. Decimonono. Dictione significans re honestatem, regit genitivum, ut puer octo annorum, infans unius diei, maledictus puer certum annorum. Vnde substantiuum etiam regit hucus genitivus, ut in Genesio. Noe erat quingentorum annorum Quinti. Non estimadum est cuiusque sit aetatis, sed quantum iam in studijs perficerit. In euangelio. Quoniam factus est Iesus annorum. xiiij. Nihil Zederas ne quicquam probare dictas orationes esse congruas. Querimus autem de aetate, Cuius aetatis es, quam annos natus es. Quid est etiam dicitur, quam aetatem annum agis, sed quam annos natus es, totum est elegans. Vigesimo. Nomine significans re mensurabile, sepe regit genitivum, ut ager trium iugorum, uasa trium modiorum, panis. xi. librarum &c. Sepe conuertitur hec regula, ut modus tritici, semmodius siliginis, modiolus sal, libra butyri &c. Ad hanc regulam multi reducuntur, quantum sive miltum argenti, quod caufit &c. Vigesimoprimum. Nomine significans signum uel imaginem, regit genitivum rei cuius est imago, ut halo uenti, iris pluviae, uexillum dedicatiois, argumentum rei. i. signum.

Vigesimos secundum. Propria nota ut in concordantia diximus, regunt genitivus pro subauditione, ut genes anchise, Andromachae hecutoris, Alexander Philippi, Simonis Ioannis. Terentia Ciceronis, Dalila Samsonis, sine dicitur ut notauit Badius. Martia Catonis. Vigesimotertio, nomine significans officium, etiam regit genitivum, ut custos rerum, custodia rerum. Sepe autem elephas, qui posselliuum loquimur quod per gumen, ut herba hortensis, anulus argenteus, caro ouina, caput porcinum, uolucres celestes, aquae celestis. i. pluvia uigilia nocturna, poeta regius, priameia, ples, paternus filius, herilis filius, dominicus seruus, dies, ordo &c. pullus colubinus, gallinaceus, panis hordeaceus &c. Et hec de Alexandri mysteriis una sub regula nostra contenteris, ideo latini, quia claris sic loquuntur, grammatica namque ex voluntate doctissimorum procedet, nam de animi conceptiibus non disputat grammaticus, ubi nec genus, nec coniugatio, nec figura &c.

Regula secunda.

Temporis atque loci quantique aduerbia quaedam.
 Hunc optant casum, dic uenimus illius ergo.

Ioannis Despauterij Ninivite.

Quedā aduerbia t̄pis, loci & c̄ntitatis regūt ḡm, ut pridie illius diei postridie illius diei, & kalēdarū, & etiā in āctō pridie, postridie, kalē das, idus, Nonas, de his nō nihil in regimine āctī dicemus. Cato. Po stridie eius diei uillicū uocet. Cic. ad Lētulū. Pridie eius diei. In Esaia Tūc t̄pis nubes pluāt iustū. In Terētio legit̄ tū t̄pis, & in Philelpho. Interea t̄pis, quod Terē. Interea loci. i. t̄pis, & ubi uis gentiū, nūsc̄ gētiū. Plautus. Vnde gentiū. Cice. ad Atticū. ubi terrarū essem, ne susp̄ cabar quidē. Tacitus. xiiij. Iturā quoquo terrarū. sic brutus aliq̄ ter rarū. Cæsar eoq̄ discordiē uētū est, i. ad eā discordiā ornatus sermo, ut quicqd in hac regula cōtinetur uelutī, quo miseriē uenimus. i. ad quā miseriā. Apuleius. Quę ubiq̄ itineris nos comitā. Cice. ad Atticū. Tu aut̄ abes lōge gētiū. Gellius. Terrorū & fraudis abūde est, sic abunde ingenij, pecunij &c. Apuleius, uspiā gētiū. Idē. alibi gen̄tium & ciuitatū, p̄ alijs gētibus & ciuitatibus dixit, partim hoīm. i. quidā hoīes, satis eloquēt̄, sapiēt̄ parū, sed parūper, paulisp̄, ratisp̄ id est paucō t̄pe, sine casu ponūtur, plus pecunij, nihil literarū, quid rei noīa sunt, ut diximus. Diximus aut̄ parū pecunij, satis uel sat uīrū, magis oris, nihil literarū, nō parū sufficiēs, maius nullū, ratio sit tibi freqns authorū usus, ubi enim aduerbia sunt quātitatis, uix nos minibus neutri generis damus ḡm. Gel. amēnissimus author dixit Abunde ingenij oc̄j, & uerborū est nō abūdans, huccine rerū ueni mus, ait Persi. i. ad has ne res &c. nō autē hoccine rerū &c. Dicimus aut̄ quid noui & qd nouū, ut hic mobile, illīc sit fixum. Ne dixeris post cras, sed perendie. deinde die quarti, quinti &c. Authore Gellio dixeris die quarte, de p̄terito, die quarti, de futuro dicim⁹. afferit idē Nebrisensis pr̄gherī ne dicas, sed nudius tertius, quasi nūc dies tert⁹ sic nudius quartus, ultra quoq̄, sed licēter apud Plau. ait Valla. Philelphus in ep̄sto. Plautū fequí, quia dicit nudiusquintus, sextus, decim⁹ &c. Cice. quoq̄ in quinta philippica. Recordamini q̄ dies nudius tertius decimus fuerit. Iam, mō, dudū, de t̄pe pximo pr̄senti dici mus, siue p̄terito siue futuro, ut dudū feci, dudū faciā. De tali futuro etiā dicimus statim, mox, illīco, nuper &c. significat paucis ante diebus; pridem uel iam pridē paucis ante mēsibus, olīm, & quondā de p̄terito & futuro, & etiā de pr̄senti, sed de his in alio libro agemus. De ergo ante posuimus, sed plura addamus testimonia ubi, p̄ causa capit, teste etiā Lācilotto. Silius. Virtutisq̄ ergo dedit. Gellius. li. iiij. Sed cōmuni exempli & fidei ergo uīsum est, uti te salutum uelimus. Est autē ep̄stola Fabritij ad Pyrrhū, & fungitur ergo officio nomi nis, ut satis caufarū &c.

Ninive *fit*

Tertia regula de mei,tui,sui,nostri,& vestri.
 Possessum spernit patrium quo passio fertur
 Filius ergo mei ne dixeris,at meus inque.

Nomē significans rem possessam uel habitā nō regit genitiū paſſiue significantē, ut sunt hi primitiū, mei, tui, sui, nostri, ueſtri. ideo nō dicimus filius mei, ut cōtra Priscianū bene docet Valla. ex quo hēc fere carpīmus, sed loco horū utimur posselliuis, meus, tuus, suus, noster, ueſter. significat autē dicitū genitiui paſſiue, non ut uerba aut participia (ut credidit quidā omniū prēter nugas nesci⁹) q̄a nō significat passionē, ut de ea logici aut physici loquuntur, sed quoniā rem per dictionē cui adiçūtur significatā non significat possideri, aut haberi ab re pro q̄ ip̄i genitiui capiuntur, sed ab re alia, ut amor mei. recte diciſ de amore non quē ego habeo, sed quem aliud de me. Nequicq̄ itaq̄ excipiūt homūculi participia dicētes, hec est latīna, Interest loānis patiētis aut percussi tacere, ubi interest regit genitiū ſignificantē paſſiue, ergo male dicit interest non cōſtruī cū genitiū ſignificantibus paſſiue. Cōcedūt illi argumētationē, ut ualidā, dicitq̄ excipiēda elle participia, at inſulfissime nugant, quorū ut fauces p̄clu dam, respōdendū eſt interīm eorū ineptihs, sed pergamus. Mei itaq̄ tui, sui, nostri, ueſtri, primitiū ſpeciei ſignificant rem cui adiçunt p̄tūnere ad aliā rem q̄ ip̄i genitiui ſignificant, & hoc uocat grāmatici hic ſignificare paſſiue, genitiui q̄ aliter ſignificant dicitūt ſignificare actiue, qui etiā poſſunt ſignificare paſſiue, & pindē ſenſum reddere ambiq̄. amor em̄ dei eſt quo deus amat aut amat, ſic timor dei, quo deus timet, & is quidē nullus, aut quo deus timet. unde oīs ḡtū ſi ſignificat actiue, paſſiue aut poſſelliue, ut puidētia, timor, regnū dei, utilitas, copia, odiū, amor loānis &c. ambiguū faciūt ſermonē, q̄ certior fieri poſt per primitiua mei, tui, sui, nostri, ueſtri. & deriuatiua meus, tu⁹, ſuus, noster, ueſter. ſiquidē amore meo fecisti. q̄a. ſ. te amo amore mei, q̄a amor abs te aut alio, ſic amor tui quo amaris, amor tuus quo amas, utilitas mea quā habeo, utilitas mei quē de me habe tur, amor mei, eſt amor tui quādo te amo. amor meus eſt amor mei quādo me amo. Ouidi. Vror amore mei. ſic differētia eſt inter meus a. um, & mei &c. Uſus memoria, fastidium, desideriū, cura, odiū, dolor, potestas, & pro hoc copia, & id genus cetera, p̄cipue uerbalia q̄ paſſiue & actiue exponi poſſunt. Cice. quod desyderiū tui ferre non poſſet, & me tui pudet. Teren. Hoc unū ſcio hāc meritā, ut memor effeſ ſui, hic ſignificant desyderiū, & pudor de te in alio, & memoria nō quā ipſa habet, ſed quā aliud de ipſa, ſic misereor tui &c. & mife-

F

Ioannis Despauterij Niniuite

reor mei, hic in eodē est actio & passio, ut amor mei quādo ipse me amo, quę res decepit multos authore Valla, habete curam nostri, ut habemus curā uestrī, & habeo curā mei, possum em me curare, amare &c. tanq; alterū, & ita nulla esset argumentatio ex his cōtra dīctia nostra facta, si quis quid dixerimus, diligēter attendat. Eadē manet si gnificātia, additis genitiis iā dīctis h̄s quę partitionē dicunt, nā semper significāt ut prius aliqd de me, te, se, nobis, uobis, siue nos id habeamus, siue alius, ut pars mei. i. de me, utpote manus, digitus, &c. pars mea de hereditate uel alia portione dicit, sic differūt aliqd mei & meū, dīmidū mei & meū, mediū membrū, multū, quid &c. mei & meū. Mediū tui tangā, de parte tui dicit, mediū tuū est cibus, præda uel aliquid possessione (ut dīctū) pura possessionum, illud possessionē impura, membrū mei est pars mei, sed in primo significato dicimus, membrū meū est manus &c. Plus tui, plus tuū &c. Plautus in Aulularia. Dñ me prodāt si ego tui quicq; abstuli. i. de te, quia deriuatiū est, ut si qua tui corydonis habet te cura uenito. & apud Terē. Cuiū puerū hic posuisti uestri. Cuius uestri: Pamphili, puer uestri, primis tue incongruū est, puer uestri deriuatiue congruū est, sed incōpletū addi nāc debet, filii, socij, fratrīs, aut aliud quippiā. Teren. dixit desyderio tuo pro tui, sed non imitabimur. Hic uerū nō est illud dīctū ubi possessiū est potest esse primitiū, ut caro ouina. i. caro ouis sic dicere nō potes, filius meus, id est filius mei, quia possessiua actiue si gnificant, Rarissime aut nunq; passiue, genitiū autē dīcti passiue tm̄ Olim poterāt dicere, filius meus, id est filius mis. nam mis, tis. sis actiue significabant, sed in dissuetudinē abierūt. sis autoritate nō probatur, sed ex proportiōe fuisse credit. Nostrū, uestrū, genitiū actiue significāt, & in usu sunt, nec dicimus tamē libros nostrū, uestrū, quia isti genitiū solū in regimine participatiōis locū habēt, cuius rationē aliā non habeo q̄ authorū cōmūnē uoluntatē & usum, loco igitur genitiū orū passiue significantiū utimur meus, tuus, suus, nōster, uester. Possimus autē querere per genitiū cuius liber, pēna, mācipiū & per possessiū, cuius filius, cuiā filia, cuiū marmor, meus, pro mei iuris eleganter ponit, sic tuus &c. Persius. Vindicta postq; meus a p̄tore recessi. Nostrorū, uestrorū pro nostrū, uestrū sāpe ponūtur, teste etiā Donato. Pro eodēfere dicimus authore Valla. Causa mea et mei, sic imago, fama, sēpius tamē per possessiū. Quinti. Mea depūgnasti causa, tua peristi, de imagine alterius quā ego possideo, nō dīcerē imago mei. Seruī. ēnei. xii. Vbi latinius ad Turnū dicit. Viētus amore tui cognato sanguine uictus. Ait uict⁹ amore tui. i. tuo. & ponit differentiā inter causa tua & tui, ut tua causa tūc dicamus, si ali-

quid ipsi ad quem loquimur prestatamus. ut tua causa hominem tuum defendi. Ceterum ipse Gellius, & post Gellium qui fuerunt usque Vallam oes, uidentur noticia dictorum pronominum minus habuisse. Cetera dices mus in regula de interest, refert & est. Amor mei latina est per regulam. Si duo continue &c. ut liber illius. quia pronomen ponitur, p no mine proprio &c.

REGVLA. IIII.

Verum proprietas aut pars cui mobile iungis,
Laudem significans, aut uituperamen in hoc sit,
Vel sexto casu: ceu uultus foemina pulchri
Aut vultu pulchro, Sed apud vates sibi quartum
Sæpe synecdoche habet penes hyistoricos sibi sextum
Hanc oratores, ferme fugere figuram,

Nomen subiecti aut totius, regit dictio[n]e, proprietas, aut partis, cum adiectiu laudis uel uituperen in genitivo, uel in ablativo, & est elegatio, quae es aliquem laudare uolumus, aut uitupare. Exempla prioris, populorum duorum ceruicis, herba magna radicis, uir magni nasi, domus multarum fenestrarum, sed elegatiu[m] in ablativo, uir prestatu[m] pectori, longis crinibus, flauis capillis, pauidu[m] corde. Exempla posterioris, uir proceru[m] staturae, summa uirtutis, sanu[m] metris, celsi animi, immetu[m] subtilitatis, obscuri generis. antiquus moris, miru[m] sagacitatis, industrie, authoritatis, boni nomis paucu[m] fidei, multorum uerborum, probatatis ingenij, quam oia eleganter in ablativo locaueris. Pronomen, quod loco nominis ponit, bene regit casu huius regulu[m] & yb[us] etiam substantiis, aut eius uim habens, uel latenter nomine mediante ybo. Ut tu modice fidei, Petrus est durus ceruicis &c. sed omnia afferat ex doctis testimonia. Cesar, summa hoiem audaciq[ue]. Pli. Aristoteles urinimete subtilitatis. Iuue. Ingenui uultus puer, ingenuusq[ue] pudoris. Ingenius. i. nobilis libertatis, uultus est index animi. Valeri. excellentes pulchritudinis adolescentes, bonu[m] indof. Cesar summa prudenter adolescentes alii spu[m] catilina. Titus Liui. Proba antiquus moris foemina (ein erbere frau von der ander vuel). Cice. Non multi cibi hospitie accipies, sed mali ioci. Sue. Cibi minimi erat. Idem. somni breuissimi erat. Ter. Virgo celsa sparso ore aduco naso. Virg. Sunt mihi bis septem probatati corpe nymphae. Plau. Tu cano capite amas, senex nequam. In Gen. Sed lia lippiserat oculi. In Judith. Erat autem eleganti aspectu nimis. In Dan. Susanna erat delicata nimis, et pulchra facie. Ter. Hoc antiquus uirtute et fide Laetitia. Magno & excellente ingenio uiri. Plau. Vir nulla fide. Ter. Ille erat honesta & liberali facie. Plau. Miserere ait suu[m]. Cato. Esto ait fors

F ij

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

ti quſi ſis dānatus inīque, animal ſex pedibus &c. non uideatur lauſ ſemper aut uituperiū. Quādoq; nō eſt necelle addere nomē adiectiū, ut homo pacis, uir cōſiliū. Cice. in Salu. Nōne quos, p̄tulit Sciz piones & Metellos ante, fuerūt opinionis & glorie, ſed in eadē oratione, ut Valla ait, non eſt utendū ḡtō & abltō, niſi parce admodū licet Boetius, Plinius & Cice. aliter uideant ſecifſe. uerum ſi illi dixerint, poterimus ſine affectatōe interim imitari. Oratio genitiui eſt elegans, ſed ablatiuī tota oratoria, teſte Valla. Serui. in Virgi. Pulchra faciat te prole parentē ait. poſitus eſt per figurā ſeptimus caſuſ, p̄ ge nitiuo. Tunc ibi. Sed apud uates &c. poetæ ſepe utūtūr ſynecdochē in actō, historici in abltō. Oratores & ceteri ſcriptores fugiūt eā figu ram, de qua hēc datur regula. Nomē adiectiuū & uerbū paſſiuū atq; neutralē, & ex hiſ participiā ſignificatiā, p̄prietatē ſiue accidens alicui ſubieſto pro parte cōueniēs, regūt eā partē in actō uel in abla tiuo per figurā ſynecdochēn. Adiectua quidē, ut ethiops albus den tes, frigidus manus uel manib; Virgi. Omnia Mercurioſiſiſ uocē q; colorē. Salu. Antonius pedibus eger i p̄lio addeſſe nequibat. Verba x̄o, ut frāgiſ Petrus manū uel manu, doleo caput uel capite, fraſtus membra uel membris &c. Sed omniū exempla ex authorib; ſunt petēda, in quibus aliquādo nō pars ſed uerbi, aut quid ſimile ſi gnificatur, & nihilominus ſynecdochē dicit, ſed indirecta. Virgi. lib. viii. Qui genus unde domo. i.e. ex qua ciuitate eſtis, ait Serui. Ouidi. graiū uterq; genus, ſic teutonus genus uel genere. Cetera graiū Cuias gentē. Virgi. Expleri mentē nequit. Idem in Geor. Micat auribus ac tremit artus, de equo loquiſ. artus inquit. Serui. pro artubus. Ho ra. Lēuā ſuſpensi loculos tabulāq; lacertos. Plau. Sum pedes mobiſiſ. iñ. Regū. Doleo pedes. & in. iiiñ. Caput meū doleo. In Hieremia. Vētrē meū doleo. Lucanus. Effuſas laniata comas cōtuſaç; pectus. Virgi. Redimitus tēpora lauro. In ſacris. State ſuccincti lumbos, calciati pedes. Et in Psal. Speciosus forma p̄ filiis hominū. historici alii quādo in actō utūtūr hac figura, ut poetæ in abltō. Pōponius Mela de Britāniſ. Vlro corpora infecti. Idem alio loco. ſarmate totū brachatum corpus, & niſi qua uident ora teſti, Liuius. xxij. ab urbe. At x̄o Hānibal ipſe idē murū incautus ſubit, aduersum femur tragula iectus, cecidit. Sed ipſi quoq; oratores ſynecdochē interim utuntur, teſtibus Manutio & Paſio. Apuleius meta. Tremore, uiscera quatior. Gellio autē ne poeta quidē ullus magis utiſ ſynecdochē, p̄ſer tim in actō, non tamē Vallę potius auſcultabimus dicenti, oratores nō eger pedibus, ſed egris pedibus dicūt, nec cuias gētē, ſed cuius tm neq; doleo caput uel capite, ſed caput mihi dolet, frigent mihi pe

des &c. Doleo. i. dolore afficiar, cū datiuo etiā de alijs dicit q̄ partibus nostris, ut quod facis dolet mihi. Teren. Si istuc itidē doloreret tū biut mihi dolet. Doleo cū actō citra synecdochen pro ægre & non sine dolore fero, elegās est. Salu. quasi dolēs eius calum. Sulpī. ad Cis ce. An illius uicē credo doles. Plautus abltū dat cū p̄positiōe dicēs in Cistellaria, doleo ab animo, ab oculis doleo, ab egritudine. Legit etiā doleo hac re, i. propter hāc rem. Sed tēpus est ut uideamus quid sit synecdoche. Est em̄ attributio partis ad aliquod totū, sub ppriestate uerbi uel adiectiuū, ut nuda genu, ager depastus segetes, sepes florēt depasta salicti. Inscripti noia regū nascūtur flores, hic autē synecdoche non est, potens diuitijs, grauis pietate, prēditus dignitate &c. In synecdoche requirūtur totū, pars uel qualis pars & pprietas. i. uerbum uel adiectiuū, & hēc uocat synecdoche cōstruciōis. Altera est locutionis, ubi pars pro toto capit, aut ecōuerso, ut Octo animē intrauerunt arcā Noe. animē. i. homines. Christus iacuit tribus diebus in sepulchro. i. die cum partibus, sed hēc synecdoche ad syntaxim nō pertinet, sed de ipa & alijs figuris, pleniūs diceb̄ in alio libro. Oēs ferme orationes sub littera nostra contente exponun̄ per habeo, ut homo duri capitū uel capite, uel durus caput uel capite, id est habēs durum caput.

REGVLA. V. Opus.

Poscit opus sextū, tolerans quādoq̄ secundū,
 Est mihi opus libro, sed opus dux, Tullius inquit,
 Est nobis ut opus, Plautus sic vtitur usus.
 Opus regit ablatiuū cū dtō, intercedēte uerbo substatiuo, & elegan tem reddit orationē, & regit etiā gtm, ut dicemus, ideo ipm hic pos suimus. Tullius li. ix. epi. Authoritate tua nobis opus est, & cōsilio & etiā gratia. i. indigemus authoritate &c, aut necessaria est authoritas &c. dicimus etiā, ut Mancinellus notauit, opus est mihi de hac re Cice. li. vii. epi. Opus est huic de limatulo & polito tuo iudicio. & libro. xiij. Si qua in re opus ei fuerit iuueris. hic in. illic de abltō datur Sic recte dicimus, si quid tibi opus .i. si in aliquo, nam quid p̄ in quo nihil in nullo, aliquid in aliquo pulchro ponunt authore Valla, ut siquid te offendit oro ueniā, nihil te leſi. Cice. ad Terentiā uxorē. si qd opus erit, si quid acciderit noui, facies ut sciā, pōt hic ntūs esse, quia opus uideb̄ multis esse adiectiuū omnis generis indeclinabile. idem si gnās quod necessarius a. um. quod indigētiā qndā demōstrat. Terē. Sed quid opus est uerbis. Cice. lib. ii. epi. ad Curi. Dux nobis & au-

F iii

Ioannis Despauterij Niniuite.

thor opus est. Terē. in Heau. Alea quę opus sunt cōparet. Cesar de bel. gal. i. Sí quid ipsi a cęsare op⁹ est. Cōstruī etiā cū grō. Ouidi. li. ij. de arte. Nec minor est uirtus q̄rere parta tueri. Calus inest illic, hic erit artis opus. in quo carmine nota manifestā differētiā inter hic & illuc. Inuentū est etiā opus cū aētō, uerū orator magis cū dtō rei indigentis, & abltō rei qua quis indiget, hoc nomē opus locat, ut mēminit etiā Dathus. Opus etiā substatiū nomē est significās effectū operationis. ut opus Virgilij, & uolūt sic quidam in dictis orōnibus ubiq̄ capi opus, ut sit actū casus, p̄ alicuius subauditionem, sed mihi placet esse adiectiuū indeclinabile. In sacrī legī cum habeo, dñs his opus habet, quod Diomedi nō placet, quia sermo gr̄ecus est inquit iungas igitur, opus potius uerbo substatiuo, ornatus nāq̄ sunt nobis mitia poma dici testabimur, q̄ habemus mitia poma, est mihi opus ineptuli dicunt, habeo ad faciendū &c. hinc sit popus. i. ualde necessariū, & eandē cum simplici habet cōstructionē. Teren. in An. Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut aliquid de illa me aduersus hūc loqui, hic pro ablatiō habet infinitiuū, sic etiā opus est benefacere his qui de nobis benemeriti sunt. Necesse quidā dicunt etiā ablatiuū desyderare, sed testimonia doctissimorū uellem afferentur. Opera e. i. labor, auxiliū, diligētia. Operēpreciū. i. utile iucundū. Persi. operē dixit pro operēpreciū. Est operē ciues lunai noscere possum. Terē. Operēpreciū est audire eorū audaciā. Titus Li. Facturus ne operēpreciū sim si res gestas populi romani ab initio p̄scripserim Gellius postposuit preciūoperē dicens. Plau. in Asinaria. Viginti īā usus filio argenti minis.

REGVLA. VI. de adiectiuis verbalib⁹.

Actiue signans verbale dabít genitiuum.

Mobile ceu quædam quorū vix scitur origo.

Adiectiua uerbalia actiue significātia, i. quę per actiū uerbū declarantur, līcet ab actiū noī descendat, possunt regere gr̄m. ut quædam quorū origo difficile cernit, sed opus est ut sint ab authoribus noī futilibus posita. Etenim legens libri, percutiēs discipulorū, noī aliter in nobis nemo ferat, tametī amans mei, patiēs laboris, recte dici om̄es sciant. Cuius rei alia noī est ratio q̄ bonorū authorū uolūtas, assiduus usus hoc dicentiū, illud respūetiū. Huius rei uaria dantur exempla. Primo quidē noīa in ans & in ens, ut amans mei, seruās equi, p̄ equitatis, differūt aut amās mei, & amās me, quia hoc participiū est significās cī tēpore aliquē. Si am̄ q̄ amet, illud nomē, q̄a casum uerbī noī regit, & cōpara, significatq̄ sine tpe noī eū, s. qui īā amet, sed q̄

cōsuetus sit amare, sic patiēs laboris. i. q̄ fortiter & equo animo solis
 tus sit tolerare. significat em̄ ex actibus frequēter repetitis generatus
 habitus, ideo uocari solet actus cōuersus in habitū. Serui. in. ij. ēnei.
 meminit hęc fieri noīa. Quędam eorū q̄ hic posuimus possent forte
 alio reduci, sed paruifacio dum quo pacto loquēdū sit, calleatis. Sa-
 lu. Catilina habuit corpus patiēs in edīx̄, algoris, uigilię supraq̄ cui
 q̄ est credibile. Terē. Herus perliberalis. & fugitās liuū. Idē, fidēs anī-
 mi sui. In sacrīs. Nō simus cōcupiscētes malorum. Et Saulus adhuc
 spirans mīnarū & cēdis. dīj maris & terrę, tēpestatūq̄ potētes. Sene.
 Amātes tuī ama. Iuue. uiue bidētis amās, abstinēs pecunīę, cōtinens
 iusticę, reuerēs dei, appetēs uini. Iuue. Metuēs uirgē fā grādis Achil-
 les, potēs reginę cādacis. Ioānes ē rerū suarū negligēs, i. incurius, abū
 dans illius rei. Priscianus uult esse nomē, q̄a participiū ablatiuo de-
 bet iungi, sed de hoc in sequētibus. Cīce. Virtus est efficiēs utilitatis,
 fugiēs laboris. Virgi. Patiētes uomēs uinci. Idē, obtulerat fidēs anī-
 mi. Plau. Audiēs īperij. Talia sunt obseruās, reuerēs, appetēs, ī-
 patiens, patiens, metuens, prospiciens, cupiēs, fugiens, sapiens. Virg.
 in. v. Nāq̄ furēs anīmi dum prorā ad saxa &c. Figurate dīctū inq̄t
 Serui. ut p̄estans anīmi iuuenis pro anīmo, nā uideo pro ablatiuo
 nōnunq̄ ḡtī locari, Badius differre dīcit P̄estans anīmi, & anīmo,
 & ei facile credo. P̄estans anīmi dīcit, qui anīmū p̄estantē facit, ut
 iuuenes q̄bus per etatē p̄estatior anīmus esse nequit, p̄estas anīmo,
 cui est anīmi p̄estatia, ambiēs glorię. Plau. in prologo Amphitriōis
 Pater nunc & īntus suo anīmo morē gerit, cubat cōplexus cuius cu-
 piēs maxime est. Salu. appetēs alieni. Cīce. Nihil est appetētius simi-
 lium sui. Cōparātur nāq̄ noīa hęc, unde constat ipsa nō esse parti-
 pia, quia Virgilius. Seruātissimus equi dīxit, & Quintilia, amantis-
 simos mei, negligēs amicorū, Diomedes aīt, Dīuus Ambro. Cancer
 ut est appetens cībi, ita prospiciēs periculi, Ouidius de Pyrrha. Nec
 reuerentior ulla deorum. T̄imēns uirgē, sitiēns sanguinis. Amēs anī-
 mi pertinet ad regulam. Dat patrīum aut sextū tibī copia, sicut eges-
 stas, potēs regni dīxit Liuius. uiri potēs, id est nubilis. Virgi. iiiij. ēnei.
 Isq̄ amēns anīmi & rumore accēlus amaro. Secūdo. Nomina ex
 participijs p̄eteriti tēporis ueniūt, & actiue declarant, ut doctus grā-
 matice, non est doctus grāmaticā, sed qui nouit grāmaticam &c. Sa-
 lustius. profusus sui, id est profundens. Hora. in arte. Ludere qui ne-
 scit campstribus abstinet armis. Indoctusq̄ pilę disciue trochiue qe-
 scit. Ne spissę risum tollant impune coronę. Qui nescit uersus tamen
 audet scribere &c. ne dicas pilare, quia doctis est ignotum. Construi-
 tur etiā cum ablatiūs. Cīce. in oratore. Fuit homo grācis literis dos-

Ioannis Despauterij Niniuite.

Etus & latinis, eruditus literarū uel literis, peritus logice, a uerbo ob soleto prior, unde experior iiris, cuius participiū experiēs, etiā trans fit in nomē, ut experiēs laborū. apud Ouidi. Hinc periculū secunda longa, id est experimētū, sed a pereo periculū secūda breui discriminē significat. Hinc imperitus, id est ignarus, inexptus. Terē. Hic adolescentes impitos rerū in fraudē illiciti, doctus dicit qui rationē tenet. Peritus addit expiētā, cōsuetudinēq; utroq; minor est eruditus, q̄si non rudis, sed extra ruditatē pp̄situs. Quintilia. Preceptores par est nō solū eruditos, sed doctos atq; peritos esse debere. Consultus iuris qui consulit alijs, & peritus iuris, & cōparaū, ut cōsultissimus humani diuinicq; iuris, est amicus noster Henricus Ballionēsis, sed consultor est qui consulit aliū, i. cui consiliū da, sic doctissimus theologiae, & dicimus iurecōsultus uel iuriscōsultus. Hora. Consultus iuris & actor causarū &c. solū em cōsultus pro iuriscōsulto capi. Virgi. Quū tibi sollicito secreti, sed participiū esse nō potest. In euang. cum dativo ponit. Nolite esse solliciti animę uestrę, neq; corpori uestro. Consuetus malarū artiū, amplexus & cōplexus amici. Plau. Falsus animi p animo, ut opinor. Virgi. iiiij. Geor. Immemor heu uiectusq; animi. Et. i. ænei. Expediūt fessi rerū. Hora. i. car. Insaniētis dum sapiētię cōsultus erro. Apuleius de repente animi mutatus, pfectus urbis substantiū est, pfectus urbi adiectiū & participiū. Tertio. Quēdam in iuus, ut uerbū est agendī, patiendiq; significatiū, ait Priscia. Multa sum apud medicos, uelut h̄erba expulsua uenenī, sic ap̄ h̄e sius, diffusius, incētius, opilatiūus, penetratiūus &c. Quarto. in idus quēdā, Plini. Ut est natura hominū nouitatis auida. Diomedes. Cupidus glorię & honoris, sic timidus uirge. Inuidus alieni, pauidus mortis. Cupidus studiorū quisq; suorum, dixit Ouidi. Prouidus futuri Picus cū dtō posuit. O amor, o pietas nostris bene prouida rebus, & recte, siquidē dicimus, p uideo futurū, & p uideo rebus meis. Quinto. Quēdā in ax. Ouidi. Tēpus edax rer, tuq; inuidiosa uerustas. Sūt cōpositi partes prioris sensus capaces, ait Priscianus, Ouidius. Sanctius his animal mentisq; capacius altę. Deerat adhuc, dicimus etiā capax trībus equis. Plini. lib. iiij. epi. Villa usibus capax non sumptuosa, & capax ad tres equos. Plini. Iunior. lib. xxxiij. cap. v. capaci ad sextarios tres, sic Veliternus. Contrariū est in capax, qn̄ti cap. x est fidelia: Non oīs terra est ferax tritici. Virgi. teste Calepi. Illa ferax oleo, posuit abltm, p gtō. Seneca. Esto uītorū fugax. Hora. Vtiliūq; sagax rerū & diuina futuri, hic diuinus a. um. etiā gtō habet per hāc regulā, quia actiue significat. Ouidi. Ista tenax segetis crescere laxa solet. Persi. Parca tenax ueri. Hora. iustū & tenacem, ppos

Et virū sic audax, mordax, rapax &c. Sexto. Quedam in os, ut
 ambitiosus dignitatis, studiosus pecunie, laudis, theologiae, studiosus
 mei, ut cupidus mei, curiosus uitę. Cice. Studiosus ludorum. Frāciscus
 Philel. Quid em̄ earū rerū sum⁹ curiosi, q̄ animę curas nō adimunt
 sed augent, sed notemus circa dicta in ius, aliquādo dispositionē sis
 gnificare quādā, ut significatiuu. i. aptius significare &c. aliquādo, p̄
 plenti capimus, ut seruus fugitiuus qui fugit, nō nonq̄ passiuue, ut tē
 pus succisiuū. Pli. uocat qd̄ luccidiū & separati. natuus qui natura
 liter nascit. Septimo. Plurima sunt quoq; nō est certa regula. Pau
 ca in ius, ut nuncius, Virgilius. Fama est Tam uicū prauiq; tenax q̄
 nūc ueri. Festus Pōpeius ita scribit. Nūc & res ipsa & nūc di
 citur. Seruus uult, p eo qd̄ nunciā utrūq; dici, & masculinū nūci⁹,
 & neutrū nunciū. quod Vallēnō placet, sed recte sensisse. Seruū p̄
 bat Mācinellus, authoritate Lucreti, Catulli & Tibulli, qui pluras
 liter nuncia dixerunt, inscius, nescius, cōscius, præscius & scius huius
 rei. Hinc sciolus diminutue qui parū scit, capit, p̄ indocto. Cōscius
 etiā datiuum regit. Virgi. i. ænei. Et mens sibi cōscia recti, sic nullius
 sum mihi cōscius. Ouidiana Sapho datiuo iunxit. Cōscia delicijs il
 la fuere meis, dubius rerū. Quedā in ilis, ut tormētū quod bom
 bardā uocant est cuiuslibet scuti penetrabile. Virg. Accipe nūc telū
 magis hoc penetrabile nostrū, de grō nō cōstat mihi docti authoris
 testimoniū, passiuue regit datiuū. Stati. Nulli penetrabilis astro Luc⁹
 erat. Lacerna mea adeo est detrita ut omni uēto sit penetrabilis. In p̄
 dicamētis. Propriū est substatię esse susceptibilem contrariorū. Indoci
 lis cœli agricola dixit Pli. Pauca in rus, ut maturus cui. apud Vir
 gi. & (ut Badius ex Seruio colligit) maioris laudis est eē maturū cui
 q̄ euo, quādoquidē maturus cui dici, qui euū suū probis moribus
 maturat, quū maturus euo dicāt, quē euū ip̄m maturū facit, sic etiā
 maius est prēstantē esse animi q̄ animo, plusq; fidentē esse animi q̄
 animo, ut de Sinone. Fidens animi atq; in utrūq; paratus. Seu uerla
 re dolos seu certe occūbere morti, fecerat certe ille animū al's dege
 nerem tūc fidentē. Colu. in p̄fatiōe. Armorū ac militię gñaros. Vir.
 Ignarosc̄ uie mecum miserat⁹ agrestes. Ingredere. Ignoratio rei. igno
 ratio hois. Persi. in. vi. Hic ego securus uulgi &c. Virg. Secur⁹ amos
 rum. i. cōceptor uel cōtēnens, & nihil curās, ait Serui. Auarus p̄ cus
 pido etiā etiā regit ḡm̄. Hora. in arte poe. Graijs ingenii, graijs des
 dit ore rotūdo Musa loqui, p̄ter laudē nullius auaris. Serus etiā ges
 nitiuū habet. Idem. O serū studiorū qui ne putetis. Pauca in gus.
 ut, pdigus rerū, sed indigus opis, egēs alieni alio spectat. Item largus
 opū qui largit opes, inquit Badius. Virgi. in. xi. Largus opū, in ḡua

G

Ioannis Despauterij Niniuitę

melior, sed frigida bello Dextera. Serui. ait. Largus opū. i. diues abī
dans, non qui donaret opes, id uidei recte Badiano dīcto cōtrariū,
sed quia de Drance loquit̄ hoie factioso & seditioso, uidei, & potest
(ut ego sentio) exponi q̄ largit̄ opes, & alios largit̄ corrup̄it, id em̄
factiosis p̄ximū ē, ut largit̄ m̄itos corrup̄at. Plau. i. Asi. Largus laz
chrymarū. Postremo. Plurima sunt quę hic tumultuarie subiçtiā
& si quid testimonij pro p̄dictis occurrerit non subticebo. Rudisli
terarū. Cice. pro Lucio flacco rudis eorū dixit. Persi. Arator lucifē
ri rudis. i. ignarus uel imperitus. Plau. in Penulo. Hominis fur leno
siet. Et leno ad se accipiet aurū cupidus. Terē. Memorē esse sui imme
mor beneficij. Impos cōcepti, cōpos uoti. Vale. Maxi. Imperatores cō
potes uictoriarū. Plau. in Capt. Atq̄ ita me rex deorū atq̄ hominū
faxit patrię cōpotē. i. obtētōtē, sed impos q̄ nō pōt. Liui. lib. iiij. abltō.
iunxit p̄da cōpotē, sed melius iūgūt̄ ḡtō, ait Calepi. dicens hęc fieri ab
eo quod in ulu nō est pos. i. potens, unde possūm possidio, potis etiā
neutr̄ est. Terē. in Phor. Si tibi placere potis est. intelligit̄ istud. Persi.
& Proptius dicūt̄ pote p̄ potis metri causa. Hęc Calepi. Parcus aces
ti dixit Hora. Coquus pulmēti, sed fixū ei. Inops mētis alio p̄ninet,
particeps lucri, preceps rerum suarū, expers laboris, uel in abltō, sed
alio spectat. Plau. in Asi. dono te ob isthuc dīctū, ut expers sis metu,
& in Persa. Ea res me domo expertē facit, quod etiā per genitiū re
cte dixeris expers ueneris &c. Oui. li. iiiij. meta. Perq̄ nouē luces ex
pers undęq̄ cibiq̄. Sed humo nuda. i. super humum &c. Cice. Sed
quū orōnis indicē uocē habeam⁹. Philel. Literę amoris indices. Vir
gi. Dux foemina facū. Idem. iiij. Geot. Nec sum animi dubius uerbis
ea uincere magnū q̄ sit. recte dices etiā dubius animo, sed dubius iti
neris ait Diomedes. Fœlix animi, infœlix animi, p̄ animo apud Vir
gi. aut ut Badius ait. Fœlix animi q̄ sibi fœlicē fecit animū, uitę æter
nę meritorius theologi nostri dicūt̄, ut notarij, falsarius literarū. Do
cīlis prauī, anceps illius rei, exors secādi dixit Hora. Et animæ prodi
gus. ut Virgi. animi p̄ceps. Insecurus uitę, presagus futuri. Credulus
rumoris, lingua animi interpres. Cęcūs animi Gellius dixit. Certus
rei, incertus uitę. Macro. in somnū Scipionis. Hipocrates experimē
ti certus asseruit. Cice. ad Brutū, Me uelim de tuis rebus consilijsq;
facias diligentissime certiorē. Hic per abltō locutus est, & potuisse
per ḡt̄m loqui. Tacitus. xvij. Diu sentēt̄ Vitelliū certior fieret, pon
itur em̄ aliquāt̄ ḡt̄s, p̄ abltō, ut Et qđ sit Philippi ignoro, p̄ de Philip
po. Cice. ad Attī. xvi. Non uideo quid eius sit, ni statim aliquid liz
terarū &c. Et sic Valerii dixisse putant pitiores. Cuius morbi eget
eslet lib. v. Contētos libertatis dixit Liuius lib. xxxiiij. Deuius æq

Sili*li*.i. Aemulus laudis. Oui. vi. meta. Vt tñ exēplis itelligat emula laudis. Idē li.i. Veri quasi nescia querit. Virgi.li.x. Prospicit ignarus rerū, ingratusq; salutis. hīc ingratus regit ḡm, qui ponit p ablativo cū de, als regit datiuū. Idem li.ix. Auidū pugnē dixit. & lib.xi. Quas illi lēta laborū. Hora.iiij.car. Prosperā frugum ait. Idem. Vini somniq; benignus. dicimus etiā cū datiuo sum tibi benignus, sed illic significat deditū et studiosum &c. Virgi.in.v. Cōstituā ante aras uoti reus. Constantinus, tamē in quadā sanctione, ne simus legibus rei. in abltō dixit uel datiuo. Apulei.iiij.meta.lam. uēcors animi. Virgi.lib.x. Aut ego ueri uana feror. Expertus belli Dio. ponit. Cautus incautus periculi, prudens mercature. Salu. Insolens malarū artium. Idem. Laudis audi, pecuniq; liberales erāt. Psalmographus. Dñs sollicitus est mei. Sueto. Pecuniq; parcus ac tenax. Ouidi. Viuimus affluitis expertis pacis in armis. Particeps sum ego omniū timentiū te. Si quis diligent euoluerit doctissimorū scripta, plura subueniet sub p̄cepto nostro contēta, neq; em̄ pollicitus sum oia ponere, neq; si eī pot ut unus cuncta scribat, iuris religiosissimus ait Iustinianus.

REGVLA.VII.

Affinis, similis, cōmunis, par, propriusq;,
Quis addes recte, fidus, vicinus, amicus.
Et quædā ex dictis, dant ternum siue secundū,
Cætera quum damnū signabitur utilitasve,
Cum tertio ponas, armis, sed & aptus ad arma.

Hēc adiectiva affinis, siliis, cōmunis, par, pprius, fidus, uicinus et amicus, & dictor qdā, ut cōscius, benignus, regūt ḡm uel d̄m, cætera significātia dānū uel utilitatē uolūt d̄m. Terē. Sumus affines harū rerū, q̄s fert adolescētia. Sum tibi affinis siliis tui moribus, siliis tibi si gura inquit Diome. sed opinor qñq; differentiā cōfundi. Iuue. tñ ui detur, exp̄ssisse ait Nebrissen. Dicit em Iuue. Quādoquidē similem tibi se non corpore tantū. Nec uultu dederit morū quoq; filius. Terren. Saluus sit filius spero, similē est maiorū suorū. Ouidi. Similis nō fuit ille tui. Plau. Esse illorū similes expetant. Mancinel. Etiā differen tiā Diomedis dicit non semper seruari. Sub similis sunt dissimilis absimil. Plau. in Menechmis. Nec aqua aque, nec lac lacti (crede mihi) usq; similius est, q̄s hic tui est, tuq; huius. Ecce hic figura cum genitio significat. Iustinianus. Ius istud non solū humani generis pro priū est, sed & omniū animaliū. Et id ipm, ppriū ciuitatis est. Et ius gentiū cū humano generi cōmune est, & cōe omniū hominum. Dona.

G ij

Ioannis Despauterij Ninivitæ.

Comune triū, Luca.lib.i. Quē metuis par huius erat. Virg.ij.ænei.
Par leibus uētis, uolucrīq; simillima somno. Serui. dicit datiuū, p
grō esse positū, tāq; per genitiū locutio sit honestior. Immunis hu
ius mali. ab eodem noie uenit, a quo cōmunis, sed. ablatiū habet, si
gnificat autē liberū ab onere publico, qui nullo fungit officio, q uel
etate uel alio priuilegio p̄stare munia nō teneat. Vnde imunitas, exē
ptio & uacatio munerū & onerū. Virgi.lib.iiij. Geor. Immunisq; se
dens aliena ad pabula fucus. i. piger, uitiosus & sine officio. Socius
petri & petro, sed cū grō magis uideat esse substatiū. Fidus magis cū
datiuo. Ouidi.ij.meta. Tu tātū fida sorori Esse uelis, legit etiā cū grō.
Virgi.xij.ænei. Præterea regina tui fidissima. nā grō ille positiui est
Vicus, Oui. Mala sunt uicina bonis. Hora. in ferm. Nisi nos uicis
na triuici uillula cepisset, ergo dicimus inquit Nebrissensis, uicinus
& ppinquis huius rei, & huic rei, sed de ppinquis non cōstat mihi
testimoniuū aliud, ideo omisi. Amicus cæsar is & cæsari, Badi. & Ne
bris. ponūt inter adiectua tegētia genitiū uel datiuū, sed amicus &
sociuscū genitiuo fere sunt substatiua, socius hic int̄ adiectua ponit
Badius, Pli. Calx est frumento inimicissima. Cetera adiectua quū dā
num significabit, utilitasue datiuū habebūt, ut adiectua cōtrarietas
tis. Ouidi. Qui color albus erat, nūc est cōtrarius albo, nulli uolo eē
iniurius, hyems est nobis grauis. Tu es mihi molestus. Iam grauis es
nobis, & sēpe emungeris, exi. uir grauis, i. moratus & cōstās. Cōtra
rium est leuis, ut uir leuis, i. nihil & nequa. Hinc leuitas. Oui. de for
tuna. Passibus ambiguis fortuna uolubilis, errat. Et manet in nullo
certa tenaxq; loco, Sed modo lēta manet, modo uultus sumit acer
bos. Et solū constās in leuitate sua est. Vbi yō primā producit signi
ficat non asperū. unde leuigo, id est cōplano & polio. Leuor oris. cō
trarius est asperitati, sed lenis cū n. idem fere quod leuis priore lōga,
quod tactu. f. nullā asperitatē habet, & ad animū trāssertur. Infensus
id est uehemēter iratus, ut prēceptor est mihi infensus propter petu
lantiā meam. Infestus, id est molestus. Tu es omnibus infestus. Fortu
na ē mihi aduersa, id est cōtraria. sic uerbū aduersor aris. Terē. Nec
tuē libidini aduersabor, sed auersor, id est fugio. Sperno regit accusa
tiū. Boetius. Auersamini igī uitia, colite uirtutes. Aduersus parti
cipiū ab aduertor, significat a fronte. Ut uulneribus aduersis Catili
na interiēt, quē danī laudi, ut auersa uulnera uitio. aduersus uel um.
est præpositio. Clari authores nō utiūt uerbo cōtrario, sed aduers
or. Regūt & alia uerba cōtrarietas datiuū, ut Bos oblucta, uel re
luctatur trahēti. Ioānes rebellauit magistro, adiectiuū rebellis magi
stro, p̄scis reniti flumi. Pli. Difficilius ē uoluptati repugnare q; ieg

bulones sacrificiorū adipibus inhiātes, & inhio hanc rem, id est ual-
de cupio. Plau. in Aulu. Credo illū jam audisse mihi esse thesaurorum
domi, id inhiat. Gelli. lib. i. Dū eius mortē inhio, egomet uiuo mors-
tuus inter uiuos. Insusurro tibi, id est in aurē dico. Macro. Vale di-
centi hoc tñ insusurrauit, nō putabā me ubi tantū familiarē. Intē

Ioannis Despauterij Niniuse

do uires.i.extēdo & augeo,intēdo animū studijs,id est do operā studijs.Hora.Si non intedes animū studijs & rebus honestis Inuidia uel amore uigil torquebere. Indulgeo tibi patuit pro eodē,sed raro lectum est cum actō.Nimiū me indulgeo. Iubeo tibi,& aliquā iubeo te.Teren.in Heau.Immo filiū iube potius.Diome.præcipio tibi,iubeo famulū.Macro.satur.lib.i.Sacrorum custodibus iussit ne mulierē interesse pmitterent.Adhuc de accusatiuo,ubi etiā rus adiūgitur,ut in rogo sub quo poterit cōprehēdi.Tul.ad Seruiū Sulpitiū Non qui te aliquid iuberē,lubeor & imperor passim reperiri,pbat in thesauro Manci.Imp̄cor arma armis. Lēdo illū,ueteres in datiuo lēdo illi dixerūt.Terē,in Adel.Nulli lœdere,ridere omnibus.i.ar ridere,pro deridere dicendū esset ridere omnes. Lateo nunc accusatiū olim datiuū habebat,ut probat Manci. Loquor tibi,uel ad te loquor tecum uerbis honestis,& honesta uerba.Alloquor te uerbis amēnis,probat Mancinel.. Manet tibi & te suppliciū,utriq; apud Virgi.legis. Mitto tibi & ad te nunciū passim leges. Misceor tibi,tecum & in te.Luca.lib.vi.Turbe sed mixtus inertī.Serenus.Aut cruor ex progne mixtus cū polline iuris.Virgi.li.v.Cras sumq; cruorē Ore reiecantē,mixtosq; in sanguine dentes.Oui.lib.iiij.meta,præpositionē omisit dices.Que sanguine mixta recēti Cosserat ære cauo. Minor tibi morte.Cice,p Milone.Quorū utriq; mortem est minatus.Turris mina ruinā,id est parata est ad casum. Moderor tibi dicimus.Sueto,tamē in Augusto dedit accusatiū ut notauit Manci.Salust,Cuius libido gentibus moderat̄. Nitore hastē,hasta,& in hastā,& nitore ad hanc rem.Virg.li.vi.Ille uides pura iuuenis q; nitore hasta.Fabi.li.i.Altius tñ ibūt q; ad summa nitentur. Nuncio patri,& ad patrē.Plau,in cap.Nunquid aliud uis patri nūciari.Ibidē,principia que ad patrē uis nunciari. Nupta illi,& cum illo,& nuptū datur filia,exempla inuenies abunde apud Comicū,leges rtia,filia datur nuptui.Vale.lib.iiij.ca.iiij.puellā nuptui dedit,& paulo ante,filiā ei nuptui dedit.Nubo in sacris legitur actiuū,neq; nubent neq; nubentur.Hiero,nubitur dixit.Teren.Natā iuueni nuptā cū filio tuo,sed nullo mō nubit filia a patre,neq; exulo a Cæsare ait Lanci. Obrecto socio.i.detraho.Cice,in Tuscu.Obrectare yō alteri &c.obrecto cum actō significat contra sententiā tractare. Vale.Maxi.lib.vij.Quid stultū,& inutile sit eas obrectare uires,q; bus ipse souerit. Occumbo neci,& in necem.Virgi.li.ij.Seu certe occumbere morti.Sueto,in Aug.uoluntariā occubuisset in necem.sic Manci.Lanci.autē præpositionē in omittit. Occurro tibi,et ad te.Teren.in Phor.Puer ad me occurrit. Pepigi tibi.i.promisi,pe

pigi tecum.i.paetus sum.Sueto.in Cesar. E peritoribus nō alios ad iuuare, aut ad honorē pati peruenire cō qui sibi pepigissent. pugnatores absentia suā. Ibidē. Cum aduersarijs autē pegigit. Pacifcor, & pepigi rem decem philippeis. Præcedo te, tu prēis isti. Luca. li. iij. Letū præcedere nati. Sueto. in Clau. Populo præiret. Præcedo etiam cum datiuo legitur. Plau. in Asi. ut uestre fortunē meis præcedūt lis bane longe. Precor tibi. i. ad damnū tuū uel utilitatē, sicut peto tibi, est enim datiuus generalis. precor te. i. rogo te. Præstolor tibi. i. præsto sum. Cice. li. i. inuesti. Qui tibi ad forū Aureliū præstolarentur. præstolor te. i. exspecto. Teren. in Eunu. Quem præstolare Parmeno. Prospicio tibi. i. prouideo. prospicio te .i. procul uideo, ut Aeneas ceruos prospicit errantes. Prohibeo te domo, uel phibeo tibi domū. Plau. in Milite. Hæc atq; huius similia alia damna multa mulierū me uxore prohibet. Prohibeo ne inceptes. Inhibeo ne p̄ficias, quod an uerū sit, uide Vallā. Propinquo scopulis. i. propinquus sio uel sum. Virg. Iamq; propinquabā portis. hic neutruū est Aliquādo etiā actiuū. Virgi. lib. x. Tu rite propinques auguriū. Sillius li. ii. Mortem licet arma propinquēt. Dicimus autē propinquo urbi, & ad urbem, ut probat Mancinel. Respōdeo tibi, & ad te his & ad hæc, absolutū significat satissimacere. Cice. ad Attī. Tamē sit ut sepe iū qui debeant, non respondeant ad tēpus. Cum datiuo significat etiā conuenire. Virgi. dīctis respōdent cætera matris. Recedo tibi & a te. Recipio tibi. i. promitto, ut redde quæ corā mihi recepisti. Ioquitur sic frequēter Philel. recipio te notū est. Satissimacio tibi debitum & debito. Lāci. Cato in re rusti. Quin pecuniā satissimacit, satisfacio de Cesar. i. pro cæsarīs debito. Sene. Lachrymas sollicita māter abstergit, cui de pedagogo satissimacit est. Soluo & exoluo tibi id est do quod debui. soluo te. i. libero e uinculis, ubi te posui actū intellexi semp, nisi prēpositio aliud manifestauerit. Tempero mihi, id est contraho, ac cohíbeo me ne quid indecens agā, & abstineo. Pli. lib. viij. episto. Temperare mihi non possum. Plau. in Rūd. Lingue tempera, Temperare æquor, id est trāquillū reddo, legitur apud Virgi. qui ait. Ille regit dīctis animos ac temperat iras. Tempero stylium, uiniū &c. id est suo ordīne administrō. Idem. Quis talia fando, Temperet a lachrymis, id est abstineat ne lachrymetur &c. Plurima obiter in alijs regimīnibus dīcta sunt, & multa forsitan obiter posse hac dicentur. Nunc tantū de datiuo regimīne dixisse sufficiat.

Sequitur regimen accusatiui,

P ij

Ioannis Despauterij Niniuite.

REGVLA. I.

Ate volunt quartum uerba infinita suorum
Post casum, tamen ante supina, gerundia nullum
Optabunt casum, sed post sua uerba sequentur
Præterquam quod in uero finit, mobile quod vult
Ante sibi nomen post casum non regit ullum,
Post etiam sequitur sua participans bene uerba,
Nam regimen fit idem si significatio pars sit.
Regula de accusatiui regimine obiter positas non repetantur, de synecdoche, poenitet, tñdet &c. Erit igit regula prima hæc. Omne uerbū personale infinitiuī modi, potest regere an se accusatiū, & post se casum sui uerbi indicatiū, ueluti gerundia, supina & participia, quæ ante se nullū regunt casum, & supinū in uero post se quidē casum regit, sed ante adiectiuī petit. Omniū ratio est, quia ubi significatio est eadem, regimen debet esse idem, ut tyrānos uiuere malū est, christianū dele etari fabulis in honestū est, ueni causa audiēdi historiā, uado auditū causas, diligens deū uere diligitur, difficile narratu est quāta auaritia regnet, dignissima scitu est infinitiuorū, gerundiorū, supinorū, & participiorū cōstrucción, quā diligēter declarabimus, tuū est o iuuentus diligētissime animū aduertere ad rem tam utilē.

Infinitiuorū constructio.

Dixi uerbū personale, quia impersonale respuit eū casum, ut sederi, interesse &c, poenitet, tñdet &c, patuerūt, ut esse in quo notauit Sul pitius non dico uideor mihi esse docto uel doctū, sed per nūm doctus, Quæ uim uerbi substatiū habet, regit post se accusatiū ut ante se, ueluti letor te euallis doctū, doleo te incedere superbū. Quoties autē idem esset supositū finiti & infiniti, actūs uenuste subticebit, posterit tanq̄ exprimi, ut uelle diu uiuere, uenustius est q̄ uelle me diu uiuere. Persi. Nec in bicipiti somniaisse Parnaso Memini. Actūs ante infinitiuī resoluīt in ut, q̄, quin, quatinus & similes particulas, & elegantior est per infinitiuī locutio, ut apud Terē. Meū gnatum rumor est amare, inelegāter dixisset, rumor est q̄ meus filius amet, licet itaq; in themate uernaculo audiat, frequēter tamē uitabit ipm in latinitate, in sacrīs. Missum est tria milia & eo amplius infantes adduci. Virgi. Malo me galatea petit lasciva puella. Et fugit ad salices, & se cupit ante uideri, id est q̄ ante uideat. Terē. Qui postq; audiuit filio suo non datum iri uxore, id est q̄ filio suo non daretur uxor. Tul.

Hic arbitran^t se bñficos in suos amicos uisum iri, si eos locupletet q; cūq; rōne. i. q; uidebūt benefici in suos &c. In sacris. Dñe qd me uis facere. i. quid uis ut faciam. In poetis facere intelligit, ut quid me uis. Virgi. Phillida amo ante alias, nā me discedere fleuit. i. q; discederē. Non dubito regē aduenire. i. quin rex adueniat, uelim regē adesse. i. ut rex adesset, letor regē affore. i. quia rex aderit. Doceat p̄ceptor puz eros loqui per infinitū potius q; per q;. ubi autē fuerit quod ipsum omittat & ntūs uertatur in actm. Finitū in infinitū, & cōtra si hoc siere nequit in bono sensu, scito actm a tergo regi, ut Volo uinū bibe re, nō cōueniēter resoluī uolo q; uinū bibat, ideo uinū regebatur a tergo. Est tamē ubi uix scitur uter actōrū a frōte regat, ut uidi Ioānē Petrū uerberare, dubiū est an Ioānes Petrū, an Petrus ioānē uerbera uit. Tale est oraculū illud. dico te çacida romanos uincere posse. hēc ambiguitas non est hic, uolo te aquā bibere, siquidē aqua nō bibit. Dicit tamē Quintili. li. viij. Vitāda in primis ambiguitas nō solum quę incertū intellectū facit, ut Chremetē audiui percussisse Demeā, sed illa quoq; quę etiā si turbare nō potest sensum, in idem tamē uerborū uitiū incidit, ut si quis dicat uisum a se hominē librū scribentē nā etiā si librū ab hoīe scribi pateat, male tamē cōposuerat, feceratq; ambiguum çptum in ipso fuit. Hēc Fabi. Poetē tamē id nō usq; quaq; obseruant, ubi etiā manifestū potest esse dubiū, sed audiēmus (li sapi mus) Fabio etiā in carmine, sed p̄cipue in epistolis, orationibusq;. uitabitur autē ambiguitas mutatione actiui in passiuū, non autem in appellatū (ut loquuntur) ueluti audiuī Ioānē a Petro percussum, uidi ab Ioanne scribi librū &c.

Infinitiuorum natura.

Infinitius pro p̄terito imperfecto indicatiui poetarū & historicorū est, ut inuidere, p̄ inuidebāt, uel inuidere cōperāt. Sæpe oratores, historici & poetē uni uerbo multa infinita coniungūt, & datū elegātie, ueluti legimus græcos infinita exercitus multitudine trāia uenisse, urbem annis decē obsedisse, eāq; multa sēpē sēpiusq; oppugnasse. Sinonis tandem traditione occupasse, & igni postremū succēdisse. Infinitū fungit officio ntū, ḡtū, dtū, actū, & abltū, ut legere ē agere, tēdet me studere, dñs dedit mihi sapere. Opus mihi est scire. Infinitū, p̄ finito habet ntū, ut nos pauidi trepidare in quotidiano sermone, sic nō loq; mur, nec in ep̄lis, nec in orōnibus, quia historicorū est, poetarūq; (ut diximus) Terē. Oēs mihi inuidere & mordere clāculū, ego aut̄ floscipēdere. Virgi. Tū pius ēneas humeris absindere uestē. Auxilioq; uocare deos & tēdere palmas. Salusti. Finitimos regere bello tētare.

P. iij

Ioannis Despauterij Ni nivitę

Ambro. de Hagne. Omnes flere ipsa sine fletu. Itē pro gerūdio in dī sed grāce, nec p̄seq̄mur, ut in euā. Nescis q̄a potestatē habeo cruci figere & dimittere te. i. crucifigendi & dimittēdi. Tēpus est surgere. i. surgendi. Virgi. Et iā tēpus equū spumātia soluere colla. i. soluendi. Idem ænei. ij. Sed si tātus amor casus cognoscere nostros, poetice & grāce magis q̄ oratorie, aut latine dī, ait Valla. nā ut Seruī. uult, pul chrius dicerei amor casuī cognoscēdorū, aut cognoscendi casus. Itē p̄ gerūdio in do. uel in dum, ut in sacris grāce lingue imitatiſſimis. Sedit populus māducare, & surrexerūt ludere. i. ad ludendū. Nolle sic loqui in epistolis, aut oratiōibus. Sto loqui, ſedeo cœnare, p̄ ad lo quendū, ad cœnandū. Itē pro ſupino in um. uel gerundio in dū cū uerbo, ſed non imitabimur, teste Valla. in Euan. Nō ueni uocare iuſtos, ſed peccatores. i. uocatū. Et uado parare uobis locū. i. paratum, dum irēt emere. i. emp̄tū, uado pīſcari. i. pīſcatū. Nō ueni ſoluere le gem, ſed adimplere. Plēriq̄ eruditōrū dixiſſent, nō ueni ad ſoluēdā legē, ſed ad implēdā, quos & ipse nūc imitor, inqt Valla. & imitan dos oībus arbitror, quā em̄ causam habes, ut alienā lingua ſecteris, reliquas tuā: q̄q̄ nec illā quidē ſequarīs, quū careas articulis q̄bus grāci utunt̄, apud Virgi. in buco. Phyllida amo aī alias, nā me diſcedere fleuit. Dicūt infinitū ponī, p̄ p̄tīcio. ut ſit me diſcedēte fleuit.

Infinitiūus cū uerbis præcipue prohāreticis.

Infinitiūis uerba iūgūtūr, & p̄ſertim prohāretica, & tum aētī ante ſe nō habent. Dicūtūr autē prohāretica. i. eleſtiua & uolūtaria, eo q̄ ipſa p̄ caeteris uerbis ad hoc electa ſunt, ut cū infinitiuo cōſtruantur ueluti uolo legere, cupio ſtudere, cogito iſſidiari, ſcio ludere, ſic an helo, defydero, nolo, audeo, timeo, metuo. Et que Alexāder etiā no rauit, debeo, iubeo, poſſum, nitor, tento, dignor, moneo, incipio, deſiño, tēdet, pudet, pōenitet, piget, meditor, ppero, gaudeo, delectat, ur get, parat, diſcīt, decet, licet, ſolet, & plura, & multa cū aētō, ut uideo, audio &c. Valla ait. Iubeo te arare nō ad arādū, cogito iſſidiari nō nō ad iſſidiandū, timeo qđificare nō ad qđificandū. Quēdā uerba cū utroq̄ cōueniūt, ut hortor te ſtudere & ad ſtudendū, flagitor respō dere & ad respondendū, que omnīa rara ſunt, letor te bene ualere et lētus ſum te bene ualere, ſoleo ab infinitiuo uix ſeparat, ut ſpero ait Nebrissen. ueluti apud Cice. in epi. Spero amicitia noſtrā non egere testibus. i. credo, habeo in animo ire Romā. i. uolo & proposui ire romā. Cice. lib. i. de diuina. Haberetq̄ in aio nauē cōſcēdere. Nā qđ idē ad uxore ſcribit. Quū in animo haberet nauigādi, ſubaudiēdū eſt inquit Valla uolūtate propositū, aut quid ſimile, ut in illo apud

eundē. Quū illius diei mihi uenit in mentē. Et alibi. Nō minus ei ue
nit in mentē potestatis & equitatis tuę. Cū substatiuo igit̄ nō cōstrui
iur infinitiuus, sed gerundiū in dī. Virgi. Iam pridē a me illos abdu
cere thestylis orat. Cōtra nō recte dicit (nisi dure & aspere ait Valla)
non est mihi opus respōdēdi, quū esset dicēdum respōdere, ut sit sup
positū me respondere, appositiū yō opus. Optima res est agricolare
recte diciū. Optima res est agricultandi nō recte dicit, quia sic illud res
soluitur agricultare est optima res hoc resolui sic nō pōt agricultandi
est optima res nisi forte dure, sic res agricultādi est optima. Itē habeo
mandatū a patre cōueniēdi te, latine dicit. Mandatū est mihi a patre
cōueniēdi te nō latine dicit. Mandatū est mihi a patre cōueniēdi
te nō latine dicit, sed cōuenire te, quia mandatū hic participiū est, un
de nō potest regi gerundiū illic nomē substatiuū. Dices igit̄ uocauī
te ad nauigādū, nō nauigare &c. ut patet, quia licet græci utunt hīc
infinito, hoc est cū articulo quo carem⁹. Infinitiuū adiectiuis nōnul
lis addimus, & est pulcherrima figura, teste Priscia. ut aptus, audax.
bonus, celer, dignus, difficilis, doctus, facilis, habilis, malus, piger, po
tens, peritus, timidus, & similia. Virgi. Et cantare pares & respōdere
parati. Idem. Dido certa mori. Gualterus. Nō est apta legi q̄ nō mas
turuit herba. Hora. Audax omnia ppeti Gēs humana ruit per uetus
rum nefas. Sta. Ille quidē disco bonus & cōtēdere cursu. Hora. Celer
sequi, dignus aperire librū, sed cū adiectiuis nō pōt infinitiuus ante
se actū hīc. Tu es dignus cedi. Virgi. Et erat tū dignus amari. Luca.
Fac̄! sed uertere mētē. Terror erat. Vir. Soli cantare piti. Hora. Co
drus p patria nō timidus mori. Prudēs intelligere, sapiēs puidere. In
qbusdā pōt primū gerūdiū infinitiuui locū hīc, ut timēs, cupiēs, timi
dus, cupidus, doctus, certus, indoctus, incertus, promptus, peritus, cō
fuetus. auid⁹, cātare, & cātādi, nauigare, & nauigādi &c. Sed pleraq;
hmōi gerūdiū actū casus cū ppositiōe ad postulāt, ut bonus, util, cō
modus, malus, inutilis, incōmodus ad militandū. Quedā c̄ utroq;
cōueniūt, ut paratus, aptus, idoneus scribere & ad scribēdi. Si duo
sunt uerba sine cōiunctione media, alterū erit infinitiuui. Cice. in Tus.
Habeo em̄ audire qcqd est. Virg. Magnū dat ferre talētū. Idē. dicere
mussant. i. ueren̄. ait Serui. in. xi. als dubitāt. ut Mūssat rex ip̄e latin⁹
Quos generos uocet. Interdū susurrāt, ut de apibus dicit, & ppe su
surrare est obmurmurare. i. muto eē uicinū. Prēcipio tibi legere uel
te legere, sic in ceteris p̄cipiēdi uerbis, q̄a alter casus p alterū satis itel
ligit. Hor. Ire foras pleno tētabat corpe frustra, conor loq, nitor age
re, scholastici nitūt, p exitu (sñ) dringē um us zu gan. scio canere fidi
bus. Hic iſinitiu⁹ solet subaudiri, ut scio fidib⁹ scio latie licet hēas, uo

P iiiij

Ioannis Despauterij Niniuite.

Io scias, caue dicas rogo uenias, & silia bñ dicunt, qā cōquis duo sunt uerba sine cōiunctione explicita, tñ subaudit̄ cōiunctio q, ut, uel ne, & sunt oratiōes elegātes. Cice. Caue dubites subaudit̄ ne. Terē. Sed pater adeſt, caue te tristē esse ſentiat. Silius. Moneo ocyus urbe faceſas. In euāge. Volo mūdare. Duę ſunt orōnes. Tul. Nō pōt iucūde uiui, niſi cū uirtute, uiuaſ. Dic, facile eſt ire Romā, & facile eſt iter Ro mā, ut notauit Lanci. Cice. ad Atti. Iter illud brunduſiū, de quo du bitabam, ſublatum uideſtur.

Futurum infinitiu.

Futurū infinitiu unicū eſt ſimplex, ſed anomaliū, qđ eſt fore cū ſuis, alia oīa circumloqmur p̄ infinitiu eſte, & partiſipiū futuri tēporis accuſatiū casuſ in rum .rā. rum. in actiuis neutrī, & deponēta libus & cōmuniſbus, p̄ actiuia ſignificatiōe atq̄ i uapulo, & exulo, ut amaturum eſte &c. Secundo circumloqmur, p̄ ſupinū & infinitiu ire, ut amatū ire, ſed in paſſiuis cū eſte capimus futurę in dū, dā, dū. ut amādū eſte, uel ſupinū cū impſonalı iri, ut amatūri. Idē ſit in impſonalib⁹ paſſiuę uocis, q̄ infinita futura ſolū habet talia, ſeffum iri, itum iri &c. Hęc eſt doctrīna Diome, Dona, Prisci, & pluriū qbus aſſenti tur in lima Manci. Q, autē dicemus exulatūire, nō iri, docet in Raudenſem Valla, q̄ elegantiarū lib.i. negat amatūire eſte futurū, q̄a nō ſignificat amaturū eſte, ſed in uia eſte ad amādū, ſic de reliq̄s. ſed Valla capit amatū ire, ut ſit oratio, nō ut ſit uerbuſ, & ſic non eſt dubium hoc non eſte futurū, q̄ audiuī Ioannē amatū ire. ſensuſ eſt, audiuī q̄ Ioannes it amatū, ut audiuī ioānem ſedere. i. q̄ Ioānes ſedet. alij autē capiunt amatūire circumloquutiue (ut ſic loquar) pro amaturū eſte, et cum dicit̄, audiuī Ioannē amatū ire, ioānē nō regiſ ab ire, ſed ab toſto illo amatū ire, ubi ire (ut ait Nebriffen.) addit̄ non qđ in ea ſyntaxis quicq̄ ſignificat, ſed qđ cum ſupino iunctū exhibet nobis futuri tēporis infinitiu ſenſum. Nā quiū dico, ſpero me amatū ire uxorē non intelligo me ire aut, pſifici aliquo ut uxorē amē, ſed tantum q̄ ſum illā amaturus. addimus igī ire ne ſine uerbo motuſ ſtet ſupinū in um, hęc Nebrif. Concedit tñ Valla amatū iri, & ſilia uera eſte futura, qđ Nebrif. negat, cōtēdēs eiusmodi futura. quidē eē, ſed nō paſſiuorū, ſed impſonalū dūtaxat paſſiuę uocis, ut ſpero me amatū iri ab oībus, nō autē a Petro. i. q̄ oēs amabūt me, & regiſ me a posteri ori ab amatum. Et tñ iri actiuie ſignificat, ut itur impſonale, ideo cū ſupino nō cōſtituit futurę ybi paſſiu, ait Nebrif. qui nō ſatis uideſi bi cōſtare, q̄a impſonalib⁹ actū iungi negat. Q, autē dicit ipm regi a ſupino, ueluti itur amatū deū ſeruitū deo &c. ſic amatūri oratio.

erit, & p̄sentis tēporis, ne audiū iōānē amatūri, sensus erit, audiū q̄
itur amatū iōānē, quēadmodū Valla dicit de cōnatū ire, q̄ si dicat
Nebris, actū regi ab amatūri &c. aduersabit̄ sibi, q̄a negat impsona
lia uenire ab actiuis & regere actū. Dicimus igit̄ datū iri, amatū iri,
& silia esse uera futura passiuoꝝ. Terē. Qui postq; audierat filio suo
nō datū iri uxorē, datū cum ire uel iri supinū est, sic silia, ideo quidā
male dixit p̄ participiū cōiunctos iri & plura, sed rep̄hēdere nolo. su
pina certe, nec casus neq; genera habet. Laci. multis argumētis niti
tur pbare amatūm iri nō esse futurꝝ insinuitiū, cōtra oēs grāmaticos
pter Carisiū, Plī. & Herodianū, q̄a huius rei nō meminerūt, nā nūq;
ueterꝝ quisq; dixit tale quid. Scio me amatūmire fōeminā, p̄ amatū
rum esse &c. Hęc & multa plura Lanci. quē uideat qui uult, nos flo
rem carpsimus. Amaturꝝ esse & silia. Gel. lib. i. ca. vii. docet esse dicta
sine numero & genere, ut supina, & ita utēda esse uident̄ mihi tradis
dille Nebris. & Lanci. sed doctissimi id nunc nō seruāt. Cice. in. Ver
rem. Sed quoq; uenerint hāc sibi rem sperant p̄sidio futurꝝ. Plau.
in Cas. de puellalōquēs. Altero te occisurꝝ ait altero uillicū. Laberi
in Gemellis. Non putauī inqt hoc eā facturꝝ. Quadrigarius copias
occupatas futurꝝ & deos benefacturꝝ. Valeri⁹ Antias. Oia ex sentē
tia pcessurum. hec Gel. Propter dicta, mallē dicere, spero me dictu
rum esse matrē dicturā &c. q̄ dictumire, licet em̄ cōpertum sit dictū
iri, & silia esse uere futura, nō tamē dictumire &c. ratio iā patuit,

Gerundia.

Gerundia a gerēda uerborꝝ significatiōe dicunt̄. Probus. Diome. &
antiquorꝝ fere ceteri dicunt ipsa esse uerba, uerborūq; modos, quia
in o ultimā cōmunē habet, ut apud Iuue. uigilādo corrīpit, & mihi
quidē magnū uideſ argumentū, licet em̄ uaria est dictiōnū quanti
tas, quia uocales ſēpe sunt ancipites, tamē nō facile inuenies dictū uel
ablītū in o corripi in secunda declinatiōe. Lanci. certe paruifacit hoc
argumētum, ppter rōnē quā iam adduximus. Q; autē aliq; dicunt
noia non esse, q̄a casus uerborꝝ regunt, exigua est argumētatio inqt
Lanci. q̄a citra figurā inuēta sunt noia regere casum uerborꝝ & ha
bere, ut participia v̄borū régimē, q̄ adduceret exēpla nescio. Ego an
te probauī tactio, uētio &c. habere uerborū régimē. Noia quoq; si
gnificat actiue & passiuoꝝ, inqt Lanci. ut uector, ergo argumētū hinc
sumptū nihil, pbaret, si dicant igit̄ uerba, nūsc̄ intelligendum est sic.
Verba. i. v̄borū significationē habētia. nā et participia a nōnullis ue
teribus uerbis annumerabāt, ubi notat Lanci, significationē uerbi
agend i.s. uel patiēdi esse duplīcē. Est nāq; explicita uel patens, & im

Ioannis Despauterij. Niniuitę.

plicita recondita uel circumscripta. Patēs est q̄ nullā ambage circū
scribitur, ut amo deū, & hoc modo est pars orōnis. Circūscripta est
quę circumscribiū relatiuo uel aduerbio, ut amās q̄ amat, me amāte
quū amarē &c. De his plurima Lanci, dices cum Prisci, gerūdia esse
noia participialia, i. participijs in uoce silia, & habētia uerbi constru
ctionē &c. quę apud hunc authorē reperies Nebrissen, ut sophistica
tiunculas euadat, ponit gerundiū esse orōnis partē nonā, supina au
tem decimā. Ego utraq; dico esse uerba, de supinis patet, q̄a Quinti.
uocat ea uerba & id uerū esse Valla testat. Nec iniuria q̄n noia dici
non possunt, q̄a nullius casus esse, pbari possunt, quia nec casus nisi
ab ipsis rectos, nec ppositiōes admittunt. Errauit igit̄ Sulpi, teste etiā
Badio, dices supina in um esse accusatiui casus, & in u ablatiui. Si qs
dicat nō significat cū tēpore uel psona, non sunt igit̄ supina uerba.
Idē respōdebo quod ille mihi responderet de infinitiuo quo ad nu
merū, & de imp̄sonali quo ad psonā, quemadmodū infinitū habet
psonā, ita supinū noscī habere tempus. Ne bullatis nugis turgescat
pagina, relinqu multa declarāda a diligētibus pceptoribus, de ge
rundio maius uide dubiū. Dona, dicit gerūdia uel participialia uer
ba, & ego uerba esse sentio et modi infinitiu, uel modū per se faciūt
qui dicit gerundiuerū modus, ut Dona, innuit in utraq; editiōe. Pri
scia. Valla. & plures dicunt esse noia, quia casus habēt in utroq; nu
mero per tria genera, ait Valla, eodē modo, ut participia in dus. da
dum. Valla loquit̄ indiscriminatim de gerundijs & gerundiuis, nos
cum Dona. solū dicimus esse uerba participialia gerundia in di. do
dū. yborū suo, constructionē habētia. Illa yō adiectiua in dus. da
dum, quę gerūdia uocat Valla. Neoterici autē gerūdiua, uera sunt
noia, quia uerborū suorū constructionē nō habent, & per oia decli
nantur, ut cetera adiectiua, cōparationē tamē nō recipiūt, ne per cī
cūscriptionē quidē, unde aliud est honorādus nomē pro dignus hos
norari, aliud gerundiū uel gerūdiuū, cuius significatio extra orōne
si ponat uix declarari pōt, & aliud honorandus participiū. Si igit̄ di
cas magis amandū amandā &c, gerundiua nō erunt. Ista igit̄ soluen
da argumētatio, hęc uerba significat sine casu, ut oēs profitētur. Ge
rundia autē casus habere in confesso est, nō sunt igit̄ gerūdia uerba.
Respondeo duplū posse aliquid esse alicuius casus, uno modo,
q̄a per casum additū, & p genus, talis casus posset noscī, & sic noim
na, participia & pnomina casus habēt, uerbum autē sic significat si
ne casu. Alio modo dicit̄ aliquid esse alicuius casus, q̄a ponit cū ali
quo, quod talē casum solet requirere, & sic pōt uerbū significare cū
casu, q̄a amandi est genitiui casus, ponit em cum noie substitūo, qđ

genitiū solet habere, & amādo cum p̄positiōne, quę solet ablatiuū habere &c. Multa possunt h̄ic dici, sed noīa non sunt, quia non sunt aliquius numeri aut generis, nec adiectiva nec substatiua &c. Teneat ad quisq; quod uult. Non cogit iurare quisq; in alterius uerba. Parui refert siue noīa sint gerundia, ut prisci. ait, siue uerba, ut Dona, uis detur sentire, siue participia p̄sentis temporis, ut uideat Valla sentire, dūmodo sciamus quō per gerundia loquendū sit.

Gerundiorū casus & desinentiæ.

Gerundiorū casus sunt quattuor, nūs, ḡtūs, actūs & abltūs, & declinantur siue articulis, quia genera nō habēt, ut pacēq; ab rege petendū. Lucre. Externas quoniā p̄cenas in morte timendū, nūs est, sic uiuendū est lēte, luuena. dixit. Viuendū est recte quū, ppter plurima tum his, gerundiū est, ait Lanci. Plī. ij. Gr̄cīs utendū erit uocabulū quia uiuendus a. um. nō dīci &c. Et gerūdīa p̄cipue nominatiui casus dicūt quandā necessitatē, ut etiā notauit Dona. Venio legēdi his storiā gratia, ḡtūs est, ad legendū historiā, actūs, p̄legēdo historiam, abltūs. Addunt quidā, ut Calepi. datiuū, dans exemplū, sum aptus docēdo historiā, & sum aptus docēdo rhetoriciā a p̄ceptore. Sed rē sine teste gerit, ideo ipsi nō credo. Terminatiōes Dona. ponit tres di. do. dum. Sulpitius deridet eos q̄ ponūt plures. Valla dicit gerundia per oēs casus & genera in utroq; numero declinari, & ipse poneret dus. da. dum. dē. dam. dos. &c. hūc sequit̄ Perot. Fuit mihi de hac re disceptatio ante duos annos aut tres, p̄longa quidē sed frīuola cum amico quodā nostro. Ego certe oēs recte sensisse dico, quia gerūdīt capiūt large, ut extendat le ad gerūdīuū. & sic capit Valla. Capit etiā strictius pro eo solo quod uerbi habitat regimen. Et sic capiunt Dossnatus, Sulpitius, & plures. Et diuiditur gerundīt. sic gerundiorū qđdam gerundiū, quoddā gerundiū per regulā topicā, si genus duas species deberet in se cōtinere, quarū alteri dūtaxat nomē est, quę non men non habet, sumit nomē sup̄ioris. sic in definitione noīis quā dat Dona. res ceditur in rem & corpus, sic adoptio in adoptionē, & arrogationē, sic usucapio in usucapione, & p̄scriptionē &c. Gerundium. Prisci. uocat nomen quod differt a participio, quia participiū cum tēpore significat actionē uel passionē, gerundiū x̄o passionē sine tēpore significat, saltē determinate & definite. Vnde si dico in legendis librīs, uel in legendō librū, aut libros, tēpus consumo, gerundiū uel gerundium est, & sensus est, dum lego libros &c. Si participiū esset, sic intelligeretur, consumo tempus in librīs qui legentur a me, uel ab alio.

Ioannis Despauterij Niniuitæ.
Ante se gerundia casum non habent.

Ante se gerundia casum nō regūt apud latinos. hoc late probat Valla. barbara nēpe locutio est scribentē habendū est pēna. & in sacris. In conueniēdo populos in unū. In deficiēdo ex me spiritū meū. Grēci em̄ infinitū hoc loco habēt cū articulo τῶν qd ante se a ctū seruat imprudēter igit̄ uide interptes grēcos imitatus, qd latini articulis ca rent, & sic sunt locuti nūc, poterat autē hoc modo elegāter trāsser ri. dū spūs mihi uel me deficeret &c. uel p abltōs in cōsequentia, nos autē dicimus p gerundiū, scribēti habēda est pēna, uel impersonaliter scribēti, uel a scribēte habendū est pennā, ubi pennam regit a gerundio ntī casus a tergo, & dtūs uel abltūs a fronte, quicqd dicat Thes saliensis. Hora. Si uis me flere dolendū primum ipsi tibi. uide q diximus de uerbo impersonali in datiuū regimine. Illa yō oratio. In cōuertēdo dñs captiuitatē sion, uix quicq; latinitatis habet, testib⁹ Valla, Pessotto, & ceteris fere, nec ponit ntūs p actō, qd adhuc manet incongruitas. Lanci. tamē uir acuto ingenio, eā orationē saluat esse cōgruā & latinā in honorē diui Hiero. quia uult dñs esse uocatiuum more antiquo. testibus Carisio, Plinio & Seruio, ueluti popul⁹, fluvius, agnus &c. ueteres autē grāmaticos plērūq; sequunt̄ sacri interpretes. Neq; uerisimile est uel ex industria, uel ex ignoratia tam turpem & insignem solœcismū a diuo Hierony. esse cōmissum, sensus igitur & optimus quidē, si quis diligēter dispiciat. erit. O dominus. i. domine. in cōuertēdo, id est dum conuertimur ad te, facti sumus cōsolati. captiuitatē sion, id est dum conuertimur ad te consyderantes maxima tua in nos beneficia. solamur labores & captiuitatē que ob maximā ingratitudinē nostrā in te patrē clemētissimū iure sumus p pessi &c. Solamur em̄ labores. Virgi. Hoc equidē occasum trojā stisq; ruinas Solabar satis cōtraria lata rependens. Apud Lucre. Externas quoniā pœnas in morte timendū. Nominatiū calus gerundium ea, nec ante se sed post se actūm haberet, ut apud Virgi. Pacemq; ab rege petēdū, author est Serui, quem arguit Valla, quia participiū est inquit, quod falsum est. nō em̄ regeret actūm, aut nomē, qd etiā fal sum est eadē ratione, tum etiā ut Lanci. inquit, quia uiuēdū est legiſ, nec dicimus uiuendus da. dum. Et Ouidi. Vt endū est etate cito pede labitur ætas. bene igitur dixit Seruius, gerundiū ntū habere, dans exemplū petendū est codicē, equū &c. Eadem ratione legendum est psalmos, ut in datiuū regimine late probauimus. Calepi. dicit gerundia etiam datiuū habere easum, ut sum aptus docendo rhetoramicam, & sum aptus docendo rhetoramicam a præceptore, rem Cale. sine teste

Syntaxis Fo. LXXXVII.

gerit, ideo nō facile imitandū credo, nā dicerē libētius sum aptus do-
cere, uel ad docendū rhetorica. Nullo tamē pacto dicendū puto do-
cēdo a p̄ceptore, ppter hāc regulā nostrā ex Valla depromptā.

Gerundia & supina non regunt.

Passui proprium spreuere gerundia casum.

Atq̄ supina, uelut non causa percutiendi

Abs quoq̄ uenio, nec percussum uolo dici.

Recte tamē dices uenio causa audiēdi carmen a poeta, quia dicimus
audio a poeta, in passuis abltūs subticeſ. Virgi. Alitur uitiū uiuitq; tegendo. Idē, egrēscitq; medēdo. Idem. uritq; uidēdo foemina. Quins tilia. Sed memoria excolēdo sicut omnia alia augeſ, id est dū tegitur
medēt, uideſ, excolit. Sulpī. cōtra Vallā, uult abltm cum p̄positiōe a
uel ab recte cōſtrui cū gerūdījs & supinīs, quia si paſſiue ſumanī, ne-
ceſſe eſt ablatiū ſubaudiri inquit, ſed nos in regimine ntū teſtati ſu-
muſ multa in ſubauditione eſſe, que ineleḡiter exprimerent, ſic etiā
nunc Sulpitio reſpoſum uolumuſ, donec ex doctiſſimorū quopiā
teſtimoniū contra nos afferatur.

Gerundia in di.

Gerūdīa in di ſunt genitiui casuſ, & quaſi utriuſq; eſſent numeri, p-
actō ḡtm pluralē ſibi apponūt, ſed non credo facile imitadū niſi par-
ce in magno opere, aut niſi in ihs exēpliſ que inuenta ſunt. Plautinus
Hegio ad Parasitū erga filiū. Nominādi iſtor̄ tibi erit magis q̄ edū
di copia, hic apud me ergaſile, Valla ſic ait. Illud Titi Lī .li. i. niſi ſcri-
ptura uitiosa eſt, certe uitio nō caret. Nō em uereor ne quis hoc me
uestri adhortadī cauſa magnifice loqui existimet, ipm aliter animo
affectū eſſe, adhortandi em singularis numeri eſt, uestri yō pluralis.
hoc dictū Vallē intelligi de gerūdīuo, nam ſi uerū ſit gerūdīu nullus
uero numeri, ut diximus, ſed ponit tunc uestri pro uos. Simile eſt in
Cice. lib. de diui. Dolebas tantā ſtoicos noſtros epicureis irridēdi ſuſ
facultatē dediſſe, aut ponit irridēdi pro irridendorū, aut ſui pro ſe.
in Teren. ponit crescēdi nouarū fabularū, ſed de his haſtenus. Ge-
rundia in di, quaſi noīa ſubſtatiua regūtūr ab hiſ & pluribus nomi-
nibus, locus, rēpus, occaſio, que idē ferme ſibi uolunt, ratio, cauſa,
oportunitas, ars, moſ, cōſuetudo, copia, & quod idē eſt potefas, ues-
tia, uolūtaſ, deſyderiū, cupido, libido, cupiditas, uaiditas, gratia, id ē
cauſa, libertas. Licētia quod fere in malū capi, oſtēdit Quintili. dices
Que in alijs libertas eſt, in alijs licētia uocat. Idē. Qui cōfefſum deſcē-
dit non absolutionē ſcleris petit, ſed licentiā. Terē. Deteriores omes

inventa matuſ
et in bonis

Ioannis Despauterij Niniuite.

Littero p' offinoy
sumus licentia. In Iustinianis institutionibus notaui in bona parte caspi. atque etiam in ff. Et apud Cice. generale nomen est ad bonum, & maiorum. dicit enim in officiis ut enim pueris non omnem licentiad ludendi damus, sed eam quem ab honestis actionibus non sit aliena. Ergo aliquam ludendi dilientiam damus pueris. Virgi. Et quae tanta fuit romana tibi causa uiderendi. Ouidi. Amor sceleratus habendi. Cupido & libido regnandi &c. quem diligens praceptor facile enucleauerit. Non tam libenter dixero cum Sulpitio & Calep. uenio causa docendi rhetorica a preceptore. uapulandi a magistro. tametsi haec in die non nunquam passione capiuntur. ut probat Mancinel. in lima per Iustinum siue Trogum dicentem. Athenas erudiendi gratia missus. id est ut eruditetur. id cognoscendi & emendandi passionem protulit. Ideo non omnino iuste Valia reprehendit non indoctum (ut ipse dicit) nescio quem. quod dixerat iam urbs in periculo capiendi est. nos tam sic raro loquemur. In digerundi etiam quibusdam adiectiis iungitur. ut certus eundi & certa de quibus satis diximus. Virgi. Aeneas celsa in puppi iam certus eundi &c.

Gerundia in dum.

Gerundia in dum. Nominatiui casus patuerunt. quae autem accusatiui casus sunt frequetissime actiue. aut neutraliter significant. ut ad legem dum historiam &c. Ali quando etiam passionem. ut Persiana carmina sunt ad intelligendum difficilia & in Genesi. animalia suavia ad uescendum. Salu. in lugur. pauca supra repetata quo ad cognoscendum omnia illius Syria magis. magisque in aperto sint. Idem. Quum ad imperandum uocatur. id est ut ipsis imperaret. sed passionem sine ablative (ut diximus) ponitur. Actiue cum ad frequenter regimere habet. cum ante rarius. Virgi. Ante demandum Ingentes tollent animos. sed casum hic non regit. Cum in raro ponitur. quale esset. uando in capiendum aues. sepe autem cum ob propterque. ut ueni. propter legendum historiam. Cum inter elegatissime ponitur. sed fere sine regimine. quia honesta locutio est. teste Serui. in ille Iud. Virgi. Tityre dum redeo breuis est uia. pasce capellas. & potum pastas age Tityre. & inter agendum Occursare capro. cornu ferit ille cauetu. i. dum agis. sic inter coenandum. audiui fabula inter eundem &c. id est dum coenarem. irem &c.

Gerundia in do.

Gerundia in do. sine casu modo actiue capiuntur. ut discendo psicium. modo passionem. ut memoria excolendo augem. Frigidus in pratibus cantando rupit anguis. Cum regimine. ut hos accusando. illos occidendo tota ciuitate labefactasti. lungit ppositio in. ut in tribuendo suum cuique & de. ut de coponendo epulas hęc dicta sunt. Cic. ad Atti. li. vii. Tu quid

cogites de trāscēndo in epīcīrū scire sane uelim. Amicicia ab amādo dicit. in comedēdo sudas, uaco a scribēdo. ex' defendēdo q̄ ex accusando uberior gloria cōparat. Quinti. rō recte scribēdi iūcta cū los q̄ndo est. In do gerūdīū cū ex, e, a, ab, & cū, uix regimē habet, qa dili gētissimus harū rerū īdagator Valla testat se exēplū repis̄e nullū. Nō sum soluēdo, dtūs est nō regit casum, nī p̄ybū substatiūnū forte dīm habeat. & significat nō sum sufficiēs ad soluēdū. Virgi. Cārādo tu illū. subaudi uicisti. cārādo. i. qn̄ cātaſti, uel carmine tuo &c.

Gerundiua nomina.

Gerūdīū nomen est adiectiuū, ipsa uoce sīle partīcipio futuri t̄pis in dus, da, dum. Declinat em p̄ genera & casus in utroq̄ nūero, ut partīcipiū, a quo tñ differt, ut īpm gerūdīū, ueluti ante ex sentētia Lāci. ostēdimus cōtra Vallā, audiuſcule ſepius disputatis. Ait autē Valla uir ſine cōtrouersia exp̄tissimus, & de lingua latīna meritissim⁹. Gerundiua ſiue gerūdīua administrationē ſine tēpore ſignificat, parti cipia & o tēpus ſine rei administratiōe, dī boni quantus patet hic ca uillādī cāpus a sophis nostris sophistulīs, ſed pergamus, tenet me ocz cupatio iuris dicēdi. i. occupor in dicēdo ius, gerūdīū eft uel gerundi uū, qa ſi partīcipiū eſſet ſenſus habere taliſ, occupor in iure qđ dice tur a me, uel ab alio &c. ut prius dīximus. Differunt gerundiua ab gerundijs, q̄ hēc adiectiuā nō ſunt ut ſatis declaratū eft, p̄ntq̄ in abltō o corripe. Iuue. Plurimus hic eger morit uigilādo, ſed illū. Illa pure adiectiuā ſunt ſubſtatiūis ſemp iūcta, quorū res pati ſignificat, neq̄ in abltō unq̄ corripiunt, qa ineptus eſſet uerſus. In cārādo dies conſumpiſi carmine multos. Venusti⁹ aut m̄lto loqmur p̄ gerundiua ſine regimine, q̄ p̄ gerundiā cū regimie, ſed ponā de ſingul̄casib⁹ exēpla.

Gerundiua nominatiui & vocatiui.

Gerundiua nē casus rara ſunt inuētu. Inuētū eft unū apud Virgi. Lu cretiūq̄. Voluēda dies en attulit ultro. uoluēda nō tēpus futurū in telligit, teſte Val. ſed rei administrationē. Dies videlicet q̄ uoluēt nō q̄ uoluēda eft, aut q̄ uoluēt, unde iudicat gerundiū ūē partīcipiū preſentis tēporis. hēc Valla. ſubdēs iuſurādū etiā uideri pōt eiufdem ca ſus, atq̄ etiā uocatiua. de quo Badi. tale fore exemplū dīxit ſi qđ ſit futurū aut fuerit aliq̄n̄ uoluēdi dies oia cōſumitis.

Gerundiua genitiui.

Vbi habueris orationē gerūdīj cum ſuo caſu, mutabis caſum rectū a gerūdio, ut ſit eiudē caſu cū gerūdio. gerundiū autē mutabis in gerundiū eiudē generis & numeri cum caſu rectio a gerūdio. uerbi gratia. uenio cauſa uidendi matrē, gerundiū eft ḡtū caſu. Dic ergo

Ioannis Despauterii Niniultæ.

matris & uidēdē, q̄a matris est formi. gene. singularis, & sic in reliq̄s,
ut uenio causa uidēdē matris, & est per gerundiū locutio multo le
pidior, ut aiunt quicūq; de hac re meminerūt. Notā igit̄ rem faciā
per singulos obliquos. Oui. Sit modo placadē copia parua tui, hoc
elegatiū est q̄ copia placandi te, sic reliqua h̄c subīcienda declaret
p̄ceptor. Ioānes colligēdi sui causa rus se cōtulit. i. ut uulgas diceret,
iuit ad campos causa recreationis, uel pro acuēdis senibus suis. Cis
ce. L. Crassum quasi colligēdi sui causa se in Tusculanū cōtulisse. Pe
trus & Paulus colligendorū sui causa rus se contulerūt, durū uidet.
ideo Cice. irridēdi sui dixit, ubi sui est pluralis numeri. sic Liuius, ut
ante notauiimus, quos sequi citra affectationē non oīno dissuadeo,
ut nec ipse Valla, sed pergamus. Tui uidendi cupidus causa epistolos
Iēcōficiēdē gratia cōponēdorū librorū, mittēdarū literarū &c. Est ta
men ubi per gerudiua loqui nō licet, ut quoties oportet loqui p̄ res
latiuū, ueluti hic dies attulit initiū dicendi quę uellē, non autē dicens
dorē quę uellē. Cice. Evidē effor studio patres uestros (quos co
lui & dilexi) uidēdi. Nam durū fuerat futurū studio uidendorū pa
trū uestrorū quos colui & dilexi. hec Valla. Cuius & h̄ec sunt uers
ba in eo. cap. Quo in loco breuissime stultorū quorundā opinionē
reprehendamus, qui aiunt recte dici causa essendi rex, essendi regis,
essendi regē, quū nūsc̄ essendi reperiā, & si reperiā non regeret ca
sum sicuti manendi, uiuendi, existendi. hec ille, licet igit̄ essendi in lo
gicis, aut physicis inuenies, nolim te imitari. Terē. Id faciebat eius re
dimendi causa. Virg. Tātus amor florū & generandi gloria mellis.

Gerundiua datiuī.

Datiū gerundiā casum nulla regunt, ait Valla absurdū sit nāq; dice
re, do operā colēdo agrū, uel legēdo librū, sed per gerundiua solū lo
qui conuenit, ueluti uaco agro colēdo, uineq; pastinādg, nemori sus
cidendo, agris, uineis, nemoribus procurādis. Soluēdo ut iterū dica
mus cū uerbo substatiuo regit datiū. Quinti. Pauperis soluēdo nō
sumus. Interdū etiā aliū casum, ut apud eundē. Maximi tamē uiroq;
& quibus artis suę soluēdo nō sit humanitas. sed dubitari potest in
quit Valla, datiū ne sit an ablatiū.

Gerundiā accusatiū.

De actō, ueni ad salutandū fratrē, salutandā sororē, salutandū mans
cipium, sic in plurali, & ponunt h̄ec pulchre cum his uerbis loco, cō
duco, mando, euro, habeo pro debeo, & si qua sunt talia uerba, alio
qui semp̄ p̄positio adderetur, ut locauī faciendā sepulturā. Conduxī
columnā faciendā. Mandauī surem rapiendū. Curaui lapides iaciē

dos. Curaui literas mittendas, quod ineptuli dicerent secl mittere &c.
habui petrū consolandū &c. Si quis doctissimorū testimonia petat,
legat Vallā e quo hēc fere cōpilauimus. Quicquid est, dictē orōnes
sunt elegantissimē.

Gerundium ablatiuſ.

De ablatiuo, laborau in colendo agro, in cōficiēda epistola &c. Si
ne prēpositione magis plurali utimur. Cice. Orationē autē latinam
profecto legendis nostris efficies pleniorē. i. legendo nostra, sine ppo
sitione ponitur bene gerundiū ablatiuī casus actiue & passiue. Acti
ue quidē. Persi. Ne liceat facere id quod quis uitiabit agēdo. Ouidi.
Quinetiā accēdas uitia irritesq; uetando. Sed dicit Valla. Cauēdum
ne uerbū significet motū, quale esset reuertor ab arādo uel ab arans
do agro &c. Quū sit dicendū reuertor ab aratione, uel ab aratione
arui &c. hēc ille.

Supinum in um.

De supinis in gerūdijs memini, ideo breuis ero. Supinū duplex est
in um. & in u. quare autē sic dicāt, Nebrissen. fateſe nescire, quoniā
nihil simile est inquit, inter uerbū & supinū, & rem supinā, niſi supi
num forte supinū alia habuit reconditionē significationē q̄ sit illa q̄
in promptu est, a qua supina diſta sunt. Lanci. uult dici quasi subi
na, quia ſine tēporibus ſubeūt ex uerbo ad partícipia, uel quasi ſupe
untia, ſed ſuperſedeo, quin ſententiā meā in ca. v. operis nostri manife
ſtabimus. Supinū itaq; in um. iūgitur uerbo et partícipio motus ad
locū, ſaltē latētis, eo factū, impſonaliter autē factū itur. unde Gel. de
clarat recte dici, factū iri audio illi iniuriā. i. audio operā dari ad con
tumeliā illi faciēdā. quo fiat iniuria. ſic quoq; uulgo dicitur, ait Gel.
Sed paulo remotius eſt illud Catonis, factū itur iniuria mihi uel tibi &c.
De motu latēte. Hora. Spectatū admissi ſiſum teneatis amici,
do filiā nuptū. Conductus ſum cantatū, lectū &c. Plau. in Aulu. Cō
grio coquus ad Euclionē. Heu ſenex pro uapulādo hercle ego ab
ſte mercedē petā. Coctū ego nō uapulatū, dudū cōductus ſum. Supi
nū in um id ſignificat qđ gerundiū cum p̄pōtōe ad, niſi q̄ hoc etiā
ſine motu ſignificat, illud minime, ueluti uado ſpectatū. i. uado ad
ſpectandū, at ſedeo ad cantandū, nō ſedeo cantatū, neq; maneatis ſeſ
ſum, ut ineptuli loquūtur. Supinū a nullo deriuari ſicuti nec p̄teri
tum perfectū indicatiui, testaſ Nebris. quia ſaþe nullius proportionis
nem ſequitur, do uenū, & ſi quid eiusmodi legaſ, ſupioribus annu
meretur. Valla & poſt eū Lanci. dicunt in um, actiue ſolū ſignifica
re, aut neutraliter, teste Carifio, in u. tantū passiue, ut in um, q̄nq; dē
Q

Ioannis Despauterij Niniuite

ptis exulatū, uapulatū, factū, nuptū, uenū, quē apud doctissimos
reperiū probat Lanci. Supīna uerba esse diximus, ex sentētia Quin
tili, lib. i, de insī. orat.

Supīna in u.

Supīna in u. solū passiue declaranī, cum qbusdā adiectiūis sine ullo
regimine, ueluti dignū, facile, difficile, bonū &c. dictu, factu &c. i. ut
dicat, & fiat, nō autē ut dicat aut faciat, licet id Prisci. placere uideat.
Ideo sessu, dormitu, & sīlia nō uidenī latine dici. hinc patet differētia
inter uisu supīnū, & uisu nomē, quia hoc sensum dicit, illud passio
nem, & per nomē bene dicimus dulce in uisu meo, per supīnū dūta
xat dulce uisu. Itē, lucūdus dictu. i. ut dicat. dulcis uel iucūdus dicto
ul'dictis, dum dicit &c. Nec cōstruūtur cū uerbo motus de loco ait
Valla. quia male dicitur, uenio lectu &c. dicendū est uenio a lectiōe
Virgilij &c. Ipē tamē legi apud Plautū in Menēch. Obsonatu redeo
Aldus autē Manutins, & Pasius Lāci. testant̄ cōtra Vallā. posterius
supīnū cōstruū cum uerbo motus de loco. Sta. i. Achil. Quē nūc ues
natu rediturū in limine primo Audierat. Cato in re rust. Primus cu
bitu resurgat postremus cubitū eat. Quidā dicit̄ uenatu esse nomē,
quod nec Aldū nec Lāciotū uiros doctissimos latuit. Quia i Plau
to & Catone manifeste cernī supīnū &c. Cum adiectiūis locutiōes
sunt oīno elegātes. Ouidi. Turpe quidē dictu, sed si modo uera fate
mur. Vulgus amicitias utilitate probat. Virgi. Nec uisu facilis, nec
dictu affabilis ulli. Idem. Et dictu uideo miserabile mōstrū. Idē. Hors
rendum dictu latices nigrescere sacros. Teren. Sum extra noxā, sed
non est facile excusat. Cice. Non facile dictu est quātopere cōciliat
animos comitas, affabilitasq; sermonis. Salu. Optimum factu ratus
fortunā bello tentare. Idem. Quē sibi quisq; faciliā factu putat, equo
animo suscipit, sic scitu, lectu, memoratu, dignū, indignū &c. Dign
cultu, gubernatu, & si quid tale nomen, si est supīnū dubiū sermonē
parit, ut ex Valla facile declarauerit diligens prēceptor.

Participiā.

Participiū uult post se casum sui uerbi, ut seruiēs tyranno, uapulās
a prēceptore &c. Participiū uerbi substatiūi &c. copulat similes ca
sus. Existens pro ens nō recte capiū, ut in logica sua docet Valla. Nes
scio an ipse cōmuni errore deceptus, aliquādo ab recta significatiōe
discesserim, difficile est inter barbaros nihil barbari olere. Participiū
a uerbo figurā capit nō a noīe, ait Lanci. Nunq; em participiū alter
ius figure est q; nomē, sed cur formā nō cepit ab eodē, ut clamans,
clamitās &c. Certe nulla uideſ mihi diuersitatis ratio. Ideo Carissim

ut ait Lanci.) ut formā, ita figurā omisit. Species ideo participiū accidens non annumerat (ait Lanci.) quia accidens datur cū uariat. Iam omne participiū est deriuatiū speciei. Inuētū est participiū breuitatis gratia & uenustatis, quia uenustius, breuius dicitur. Venture memores īā nunc estote senecte, q̄ senecte que ueniet. Interim etiā adiungi uidet necessitas, ait Valla. Veluti mulieres ornāt se ne uidētes hoies eas derideant, ridiculus esset sermo ne uideant & derideant siquidē nō ornant se ne uideant hoies diceret sophista, licet copulatiue hoc esset falso, nō tamē copulatim, at nugari hic nolo,

Participiorū desinētię.

Participia actiue, aut passiue aut neutraliter significāt, ut amās, amatus, sedēs. desinētię sunt septē ans, ens, p̄sentis tēporis. T us. sus. xus. p̄teriti. Rus. dus. futuri. Mortuus, Augustinus uult esse nomē, ait Lan cilo. alij participiū. Quęcūq̄ carent h̄s, unde participia formarentur carent h̄s ī pliis participijs, ut si studiū non sit supinū, nec studiturus erit participiū, studiū. Diome. negat dici, fruēs in Cicerone lectū est nasciturus nō naturus licet natū sit supinū, oriturus, licet ortus non oritus, moriturus quoq;. sed de his in alio libro late disputauimus. Sibila lambebant linguis uibrātibus ora, ait Virgi. ubi Serui. sibila inquit participiū est nō nomē pro sibilātia. Ego dico esse nomē fun gens officio participiū, ut in. iij. ænei. Et si fata deū, si mens nō leua fuisse, fata (inquit Serui.) participiū est, id est que dñ loquūtur. Stati. Et uocem fata loquūtur. Participia p̄sentis tēporis significāt actiue, aut neutraliter, nisi exulans, uapulans &c. Virgilius tamē plaus stra uoluentia dixit pro que uoluuntur, in quo imitatus est grecos, quia apud latinos passiū generis uerba, participijs carent p̄sentis temporis. Pœnitens pœnitendus &c. recte dici ante probauimus, et talia in dus nomina sunt cū datiuo meminēs, in Plauto legitur, sed repudiatiū est, ut siens & fiendus. licens autē & lictus nomina sunt. Virgi. Et licito tandem sermone fruītur. Vbi p̄sens est & non p̄steritum. Interdū utimur pro p̄sterito quod non est, p̄senti. Cice. in Bruto. Cum e sicilia decedens Rhodū uenisse. hic non dixit, p̄fisciscens, sed p̄fectus si quis tamē hoc pacto loqui uelit faciat, sed parce inquit Valla. Cice. lib. iij. offi. Si exempli causa uir bonus Alexāndria profectus, magnū frumēti numerū rhodū aduexerit. Nunc ad participiū resolutionē respiciamus.

Participiorū resolutio.

Participiū resolutiū in relatiū & uerbū. Virgi. Post aliquot mea res gna uidens mirabor aristas. i. qui uidebo, uel quū uidebo, q̄a p̄sens

Q. ij

Ioannis Despauterij Niniuitę.

trahitur ad uerbū cui coniungit. Petrus qui amat, doctus est. hic participio uti non possumus, sic Petrus cui inferui est ingratus. Ornator autem oratio est per participia, supina & gerundia ubi fieri possunt, ut uir bonus uitia fugies, uirtutē amplexādo cœlū lucrat. Etenim quoties antecedenti statim relatiū postponit, sine relatiuo pulchritus loquimur, ueluti homo qui amat legit, homo amas legit, homo qui est liberalis laudat, homo liberalis laudat, neque dicas homo ens liberalis &c. nisi rusticior uideri uis. Ideo sunt plurima in lingua uernacula, quæ sic latine dicereñ ineptissime, quod declareret diligēs præceptor in his & sibi libus. Fratres gemini plerūq; sunt ceteris debiliores. uidi Badiū hominū doctū, legi Virgilij bucolica principis omniū poetarū. uidi præceptorē mihi irascentē, uenio cœnaturus &c. Obsiurgabor, nō te lateat, ubi dicunt, mitto te scire, sine lapidē iacere, Maile habet, non male uadit &c. Ne pueri popinarie, aut culinarie loquantur, diligenter edoceātur. Ego te uirgis cæsum in pistrinū reddam. Petrus Iohannē apphensum capillis humi sternens, in luto uolutauit. sic elegantissime loquimur, ut per ablatiuos qui resoluuntur in dum, quia &c. de quibus iamiam dixero.

Cōsequentia siue ablatiui absolute positi.

Rite duos sextos pono signando sequelam.

Discunt discipuli me præceptore docente.

Participiū itaq; resoluit aliquādo in uerbū & aduerbiū uel coniunctionē dū, quādo, quia, si, postq; &c. de hac re datur hēc regula. Quoties duę orationes noiatiui & uerbi sic se habet, ut alteri apponatur talis particula dum, quū, postq; &c. lepide priorē mutamus in duos abltos, uel si mauis septimos, ut magi postq; aperuerūt thesauros suos obtulerūt munera, sic lepide diceat. Magi apertis thesauris suis obtulerunt munera. Præceptore Virgiliū interpr̄tati, pficio, lectis sacrī, reuertor animi causa ad poetas. Me tuo lōgas uigilāte noctes lydia dormis, cœna facta cātamus, me docente discis. Magistro recitatuero Petrus iūit in forū. i. dum magister paratus erat legere. Luca. Vētuso cæsare Romā ignauē liquere manus. Ad aliū sensum sic male loqueremur, ut notauit Lanci, sed potius sic, me docente disces &c. Dicitur autē cōsequētia uel sequela, quia alterū ex altero referi, licet logiculi reclamēt, ueluti sole lucēte euaneſcunt tenebre. Dicunt ablatiui absolute ponit, quia sequēs uerbū non declarat, ideo neque ab ipso regunt, sed a regimine soluuntur. Sunt huius sequelę certi modi. Autem alter ablatiuorū est nomē, alter participiū. Boe, lib. ij. de cōsolatu philosophico. Nouimus quātas dederit ruinas Vrbe flāmata patri

Syntaxis Fo.XCI.

Et illa. ſalutes tā abūdas, ut ſaccos repleat ſportas & bigas. Quis tā
uēcors q̄ nō intelligat ep̄ſolas illas quē Caroli dicunt ē totius bar-

bariei sentinā et olidissimā quidē male profecto meritus est de uiro
 doctissimo Carolo nostro, quisquis tandem nebulo impudētissimus
 ausus est sub Caroli nomine aniles edere rugas, nostrates sane dum
 ineptū uulgas imitari cupiū, siunt barbarissimi, nō quō uernaculae
 scribimus latine scribere debemus. Flandrini nostri uernaculae scri-
 bunt sic. Amicabilis salutatio scripta ad amicū meū dilectū Petru-
 montanū. Si latinus uideri uelis nunq̄ sic scribas. Amicabile operā
 legi apud Plau. Subdunt. Sino te scire, aut barbarius mitto te scire.
 Tu dicito non te lateat. Scire te uelim &c. Nam uelim pro uolo ele-
 gans est &c. In salutatione nihil assentationis inueniat, siquidē id est
 turpissimū, ut docet peritissimus poeta & orator Desyderius Eras-
 mus roterodamus, dans ridiculē salutationis hoc exemplū omnem
 gnatonis colacis aut gelasini assentationē longe superās. Perspicacis
 simo uiro candelabro aureo, septē liberaliū artū eradiant, theolo-
 gorū apici, lucernę doctrina rutilanti, charitate flagranti, necnō mys-
 teriorū diuinorū sacrario, utriusq; testamēti gaxophilatio, atq; om-
 nium uirtutū heroicarū & ethicae speculo lypidissimo, domino
 meo domino p̄ceptori, dominationis uestre discipulus & indignus
 seruulus, hec noua salutādi forma uiris atticis incognita, tum demū-
 nata est ubi theologi eiectis oratoribus & grāmaticis, ipsi ludos lite-
 rarios administrare ceperūt, & ut idē p̄cipit Erasmus nō scribas cū
 indoctis. Salutis loco Midē diuitias, aut qd similis delyramēti. Necq;
 scribā premissa salute, sed salue, salueto, aue &c. ut docui. Sine salu-
 te nihil bonū, qcqd ergo salutis loco miseris, absq; salute totū uanū
 Si nōnulli aliter c̄ docuimus salutarunt, licet boni, non tamē docti
 fuerunt, iam dixi. Tu uiuēdo bonos scribēdo sequare peritos. Fece-
 runt quoq; aliter quidā docti, sed nō doctissimi quos imitari magis
 decet. Necq; (ut ait Erasmus) si quādo diuus Hieron̄. aut Augustinus
 uulgo cōcessit, id nūc oportet i ludū literariū uocare, hac p̄fertim tē
 pestate, qua nihil est oīnd literis cum uulgo cōmune. Idem Erasmus
 docet si patris nomē tuo uelis asciscere, p̄pones patris nomē non in
 genitiuo, sed in eodē casu cū tuo, ut sit pater tuus Dionysius nomen
 tuū Antonius, poteris dicere Dionysius Antonius. Idem docet, ut
 ego quoq; docui, nō dicendū esse Picus de Mirandula, sed picus Mi-
 randulanus &c. Idē docet barbara cognomina quo pacto latinam
 formā accipiāt, ut barbier barbiriū, aut melius tonsor Ioann̄ lang
 Langius aut Lōgus quod magis placet &c. Porro inquit in fin-
 gendis h̄mōi denominatiuis, eam moderationē seruari cōuenit, ut si
 mul & auribus quoad fieri potuerit, molliendo uerbo consulamus
 & necq; longius tamen a recepta & uernacula uoce recedamus, que

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

Si quādo erit absurdior q̄d quē in latinam sicutā possit retorqueri, pro
barbara relicta erit reponenda ne romani sermonis puritatē ulla pe-
regrinitas polluat hęc Erasmus.

De nominis eius qui scribit sitū.

Scribentis nomen in salutatione ueteris
rum more esse præponendum.

Mancinellus, Perottus, Erasmus & plures præcipiunt nomē scriben-
tis esse præponendū, etiā si ad maximū sribat mīnimus, id uerū esse
pater illi quide ex epistolis omniū ueterū Cicerōis, Plinij, cæterorūq;,
ut Cicero Terentię uxori, S.D. Terentia Ciceroni, S. Plau. in Bach.
Mnesilochus salutē dicit suo patri. si honor sit pponi, nonne dixisset
patri suo salutē dicit Mnesilochus. Quem decet (oro) magis q̄ patrē
honore prosequi. Gnatonica profecto (inquit Erasm⁹) est illa nomi-
num inuersio. Parmenonem suū summum plurima salute impertit
Gnato. Multa de his Erasmus precipit. Inuenio ipse Martiale, li. viii.
Domitiano (cui Martialis non fecus q̄ Thrasoni gnato assentebat)
sic scribentē. Impatorī Domitiano Cesari Augusto Germanico Da-
tio Valerius Martialis salutē. Omnes quidē libelli mei domine quis
bus tu famam, id est uitam dedisti tibi supplicat &c. in qua epistola
Martialis de se pluraliter loquitur, ad cæsarē yō semp singulariter.
Nostrī autē pharisei, q̄ contra domini præceptū uolunt uocari Rab-
bi, & primū quærunt locū, quorū deus uenter est, & finis eorū inter-
ritus, eo superbię & euenerunt, ut nisi proprio omisso nomine magis
stri dominicq; & reuerēdissimi quidem nominētur, putant nihil fieri
atq; ideo contemni. hi sunt præcipue qui deberent nobis esse humili-
tatis siue modestię exempla, efferrūtur beluę ab ineptis nebulonibus
ultra deū, cui dicimus, dimitte, da inducias, omnia singulariter scili-
cet, sed si honor est, cur non respōdet clerus (inquit Erasmus) epis-
copo, & cū spiritu uestro, rogo te, dicimus deo. Te rogamus audi nos,
at uermib⁹ superbiissimis dicere debemus, rogo maiestatem uestrā
paternitatem, dignitatē &c. Non sunt procul dubio christi discipuli
dicētis. Discite a me, quia mitis & humilis sum corde, & hæc in ne-
bulones. Facessat igit̄ scđissimus scribendi abusus. Egregio uiro in-
genuarum artū magistro. Magistro Ioāni &c. Eximio uiro dño des-
cāno Domino Ioanni &c. ubi magister dominus & similia turpissime
me repetūtur, & barbarie nomē dominus præponitur honoris cāusā,
ut docet Perottus. Nomē ergo dignitatis aut magistratus postpo-
nemus proprio nomini. Cum eodem asserit hanc rem Erasmus in
opere suo de epistolis cōponēdis, ueluti Sophronus, Eusebius Hie-

ronymus Damaso pape. S.D. Aristoteles Alexādro regi. S.D. Alexander magnus Aristotelī, philosopho. S.D. Erasmus Iacobo tutori, iuris pontificij consulto. S.D. Breuiter (inquit Erasmus) nihil erit salutationi admiscendū, quod ulla ex parte sapiat assentationem, nam magistratuū & professionū cognomina adeo possunt citra adulatio-
nis notam alijs tribui, ut sibi etiam quisq; citra arrogantię culpam, possit assumere hunc in modum. Ioannes Neuius theologus Paulo Montano philosopho salutem. Indicium hic habet sermo. Erras em (ut idem docet) si te laudari putas, quū episcopus scriberis aut theologus, professionis ista sunt nomina non glorię. Is demū te laudaret qui bonum episcopū, aut eruditū theologum scriberet. Id quod in salutatione non indoctifieri nequit. hęc & multo plura Erasmus. In Gellio habetur epistole, ubi scribētis nomē præponitur, ut lib. xiij. ca. iiij. Rex Alexāder louis Ammonis filius olympiadi matri. S.D. & lib. xx. ca. iiij. Alexander Aristotelī. S. Atq; Aristoteles Alexādro regi. S. Item Anacharsis philosophus scytha, sic scripsit. Anacharsis Ammoni. S. Sententia mea eadem est, que Erasmi. Baptista Mantuanus. Ioannes Sulpitius, pluresq; concedunt interim uulgo, qua de re hoc concludit Badius. Quocirca non dampnum eorum modestiam qui principum uirorum nomina præponunt. Concludit Erasmus, Quod si quid a ueterum consuetudine licebit aliquid innouare, tolerabitur nouitas, modo uitium absit, id est ne uel prolixitate molesta, uel assentatione parasitica, uel affectione morosa sit salutatio, ne pessimum sit totius epistolę omen si statim a uitio fecerit auspiciū, hęc ille.

Purę & antiquę salutationis for-

mę ab Erasmo collectę.

- Leo pontifex romanus Henrico regi Anglie. S.P.D.
 Philippus Burgundiorū dux pio Aeneę summō pontifici. S.P.D.
 M. Antonius Syrię scerborū questori suo. S.D.
 Aeschynes orator ciuib; Atheniensibus. S.D.
 Guilelmus Hollandię p̄ses comes, Cornelio suo. S.D.
 Demetrius eques romanus Tyto Liuio iudicis selecto. S.D.
 Hēricus mālius brabatię thesaurarius, Laurētio duci aulico. S.D.
 Politianus Pico comiti Mirandulo. S.D.
 Marsilius platonicus philosophus Fausto poetę. S.D.
 Apelles pictor Lysippo statuario. S.D.
 Cicero Tullius, Marco Tullio Ciceroni patri. S.D.
 Cicero Dolobellę genero. S.D.

Ioannis Despauterij Ninuista.

Dolobella teretię socrui. S.D.

Aesopus histrio Dinatio argentario. S.D.

Aristippus epicurus thaidi meretrici. S.D.

Illud dignū quod admoneat, ne per inscitiam sordida cognomina p
speciosis attribuamus, ueluti si quis militem scriberet pro equite au
rato, aut decurione, neue his uulgo iactatis magistratuū uocabulis
utamur, quę passim p suo cuiuscq; locus arbitrio singit, quod genus
sunt locū tenēs pro p̄fēcto, reddituarius pro questore grario. Scul
tetus pro questore paricidio. Domini de parlamento pro selectis iudi
cibus, ammirādus pro maris uel littoris p̄fēcto uel custode, heral
dus pro caduceatore, atq; hmōi infinita quę aulicorū leuitatis quo
tidie epistola cōminiscit. Oportebit itaq; ueterū uocabula barbaris
cōferre, atq; inde collatis rebus ad nostra uocabula ducere, aut si des
erit uox uetus quā rei nouę accōmodem⁹. Barbarā iamq; tritā uos
cem molliter in latinā faciē deflectamus. Hęc doctissimus Erasmus.

Nouæ salutandæ formulę ex eodem.

Pliniano demū seculo natū uideā, ut quos familiarius amēt eos in sa
lute dicēda suos dicerēt, blandiore, f. pronoīe coniunctissimā necessi
tudinē significantes, ut Ae. Pl. Cę ilius Calphurnio suo. S.D. Auso
nius Symmacho suo. S.D. Erasmus Battō. S.D. Quod si longius a
maiorū uestigij recessimus. Iacobus tutor Nicolao suo multā salu
tem precatur, aut plurimā salutē optat, nam plurimas aut mille salu
tes uix in epistolis tulerim. Salue mltū optime chreme. Campanus
Papiensis suū. N. multū saluere iubet. Etiā atq; etiā salue mi Thoma,
Aue & salue p̄ceptor optime. Erasmus Fausto sc̄eliciter agere. Cel
so gaudere & bñ rē agere. Antonius fratri suauissimo ppetuā optat
incolumitatē. Saluere te iubeo qui ipē nō salueo. Salutē dico tibi mi
patrue, quā ipse desydero. Salutē solidā tibi tua Phillis p̄catur, quā
quā ipsa nullā nisi tu dederis est habitura. Salutē is tibi mittit qui ipē
perit. Salua sit tua paternitas. Salue anime dimidiū meę. Salue meū
psidiū. Salue meū numen. Salue meū deliciū. Salue meus ignis, mea
lux, mea spes, mea uoluptas, mi anime, mea uita, meū solatiū, meū
dulce decus, & hmōi quidē formas, ut inter familiares, & in leuiorib
bus argumētis non ulq; quaq; damno, ita non magnopere probō.
hęc Erasmus, cuius & ea sunt quę modo subiçiam.

Quō per alios salutādū & resalutandū, Erasmus.

Per alios autē (id ēm hoc loco uidebať admodū) his saepē monē
dis salutē dicimus ac reddimus. Atticę nostrę meis uerbis multā sa
lutem dicit. Atticā meo noīe magnopere saluere iubebis. Attice ex

me plurimā salutē dices. Atticam mea causa salutabis officiose. Familiam oēm per te meis uerbis salutatā uolo. Atticę pro me multā optabis salutē, iussit ubi ascribi Scerbonius plurimā salutem Antonius meicę omnes meis uerbis multam tibi salutem annunciat. Tersentia. multā tibi salutem impertit.

Sic redditur Erasmus.

Attica quā tuis uerbis dixi salutē libenter accepit, atq; uicissim per meas literas saluere iussit. Tuā salutē attica libēter accepit suā remittit. Ambrosius salutē quā in tuis uerbis nunciaui, totidem uerbis renunciat. Attica per me tuo noīe salutata, suis uerbis ut te diligenter salutarē iussit. Attice tuis uerbis salutē scripsi ea suis rescribi tibi multam salutem iussit. hęc Erasmus.

Superscriptio.

Superscriptio super epistolā scribit, ut quo epistola sit danda noscat & in dativo locati ferme salutationi non multo absimilis, nisi q̄ scribentis nomē non habet nec salutē, est autē talis. Ioanni pontago phis Iosopho prudentissimo Gandaui ad eadem diui loānis &c. Vitādæ sunt tamen nimiū fucatę & calamistrare cōpellationes, quę adulatio nem suboleat. Intelligitur fere uerbū detur aut dentur. Loci nomē potest ponī in loco uel ad locū, quod sensus facile indicabit. Badius ait in superscriptionibus, si officia & merita præpollent prēponēda censeam, ut in uictissimo atq; christianissimo Francorū regi Ludouī eo duodecimo &c. liceat etiā dicere ait idem ad magnificū equitem auratū &c. Habitanti, morati &c. rectius subaudiri credimus, potes sic scribere. Studio adulescenti louanijs bonis literis insudanti &c. Desyderius Erasmus ait. Haud longe quidē absunt ab assertatione epitheta, quę Fabius apposita uertit honoris gratia subhiciēda maximeq; si salutationi permisceatur. Verū cognomina scriptionibus q̄ in tergo literarū supponi solēt, tolerari possunt & in ipsa epistola saepe usui sunt. Spectari diligenter oportet, uel q̄ cuiusq; hominis sunt partes, q̄q; a quibus uirtutes expectētur, ut hinc apposita unicuiq; epitheta tribuamus. Hęc ille,

Epitheta e Sulpitio hunc in modū collecta.

Summo pontifici ascribēda epitheta.

Sanctissimo diui Petri successorī, Sumo romanorū pontifici. Reuerentia omniq; obseruatione dignissimo papę, antistiticę romanorū maximo. Sanctissimo christi in terris uicario. Sumo & uigilantissimo christiani gregis pastori &c.

Impratoribus apta.

X

Ioannis Despauterij Niniuite

Diuo atq; inuictissimo romanorū imperatori felicissimo totius orbis moderatori Faustissimo rerum potitorū. incōparabili orbis monarche diuo cæsari semp̄: augusto togatorū principi. Inclitissimo totius orbis triumphatori &c.

Cardinalibus apponenda.

In primis reuerēdo cardinaliç presbytero. Sanctissimo archiepiscopo ac firmissimo romanī pontificatus cardinī. Sūma obseruatione dignissimo romanorū pōtificatus cardinali. Multa reuerētia dingo romanic̄ pontificis cardineo.

Regi addicenda.

Inuictissimo romanorū regi magnanimo. triūphatori & christianissimo francorū regi Clemētissimo Hispanorū rectori. sceptriserōq; principi ac regi excellentissimo sūmaç uirtute p̄dito angloꝝ regi.

Archiepiscopo & episcopo conuenientia.

In primis sancto patrī et primatus Lugdunē. archiepiscopo reuerēdo ad modū in christo antistiti & Neruiorū Tornatorū p̄fusili. Sanctissimo p̄fusili & inclyto Leodiorū episcopo. Vigilantissime gregi suo superintendenti Cameracensiū episcopo.

Archiduci, ducic̄ congrua.

Clarissimo atq; inuictissimo archiduci inclytissimo bellatori & invictissimo suorū ductori Generosissimo atq; eidem splendidissimo duci. In primis strenuo atq; p̄ter ceteros fortunato horū aut illorū duci.

Abbatī & ceteris p̄fatis applicanda.

Reuerendo patri obseruando cum primis archipresbytero religiosissimo uiro ecclesię. N. Archidiacono. Vigilantissimo gregis dñici pastori Magno ecclesię. N. Curato. Eximio cōuentus carmelitarum p̄fidi. Oblefuantissimo diuinę legis inter minores patri. Disertissimo frātrum p̄dicatorū concionatori &c.

Comitibus, equitibusq; auratis debita.

Fidelissimo imperatoriē maiestatis comiti. Inclytissimo Flādrini comitatus principi. In primis strenuo bellatori q̄tric̄ aurato, Aureo cingulo insignito, sūmaç uirtute p̄dito, nec minus solicii bellis gerendis equiti, alto loca nato, clarisq; natalibus perspicuo equiti &c. Forti admodū equiti & in primis strenuo.

Religiosis & doctoribus quadrantia.

Venerabili patri, uiro religioso admodū & in primis colendo, multa sanctitate perspicuo. Sūma castimonia claro. Excellēti abstinentia:

Ornato. Summa religione prēdicto uiro, disertissimo doctorū antisti-
ti. Eloquū romanorū principi iurecōsultissimo. Medico peritissimo
apollineq; artis exptilimo, diuinarū literarū interpti pfectissimo, dī-
uinę paginę, pfectori eximio, doctissimo bonarū artiū doctori &c.

Iudici & pfectis urbium accōmodanda.

Incorruptissimo iuris administratori. Sanctissimo legū executori.
Integerrimo legum interpreti. Vigilantissimo urbis pfecto diligent
admodum ciuitatis moderatori. Optimo morū censori Iustissimo
ēdili. Aequissimo iudici, inuiolabili iusticie p̄sidi, fori totius splēdori

Ciuibus & negociatoribus, cæterisq; bonis idonea.

Splendido ciui. Prudētissimo uiro, optimo ciui. Laudato admodū
negociatori. Mercuriali uiro probissimo negotiatorū optimo. Di-
ligenti operario. Solerti opifici. Probo mercatorī. Studioſo scholas-
tico, ingenuo adulescenti. Spectate īdolis puero &c. Plura apud aliz
os leges, & quisquis mediocriter doctus, per se facile inueniet. Sed ca-
uendum, ut bene docet Sulpitius, ne lasciuis & quasi calamistratis
& picturatis inscriptiōnibus animi leuitatem indicantibus utare, ut
sunt illa purpureis literarū flosculis gēmisiq; decurato. Suauissimo
lepoře pegasid. affluenti. Nítido scientiā cingulo insignito. Pluri-
ma apud hunc leges sūmopere amplectenda. Erasmus ait. Deos dī-
uos & dños appellare p̄ncipes. gnatonicū est, nō eruditū. Idē maxi-
mus, optimusq; pprie integes, aut in sūmes pontifices cōuenit a los
ue mutuo sūptū. Puellas lepidas, bellas, bñ motatas dicim⁹, & pudi-
cas &c. Matronę plerūq; habebūt uirorū epitheta, ḡne tñ imutato.

Erasmus.

Atq; hec quidē cautio sit oportet, ne que solū alijs congruunt in ali
os trans̄feramus. ueluti si quis puellā uenerandā, aut senem iucūdis
simū nominet, uerūtiā ne quādo manifeste falſa trahitramus. ut in
doctum theologū grauissimū potius dicas q̄ eruditissimū. P̄fule
supinū quiduis potius q̄ uigilantē. Regē auarū, clementē magis q̄
muniſicū. Nā quisq; sibi cōſcius hec in cōtumeliā trahit nō aliter, q̄
q̄ si deſormē ſenē formosam puellā appelles. h̄c Erasmus.

Ex eodem.

Potentia epitheta in ſalutatione uix tulero, niſi ſiqua forte gnatonis
mum non habebunt. ut Ambroſius Lauretio Mellito nepotī. S.D.
Tullius Tulliē filiē iucundissimę. S. D. &c. In inscriptionib; au-
tem modeſte adhibere cuipiā li. et, ſed hominis nomine p̄ſlato, ſi
quidem imperioliſſima rerum conſuetudo patiatur h̄tū in modū.

XXXI Ioannis Despauterij Ninuitæ.

Iacobo tutori iuris pontificij consultissimo reddatur Handvuerpię agenti. Fausto Andrelino poetę diuino. Etiam si nunc receptū est, ut assentatiūcula nominū afferat, hūc in modū. Ornatissimo uiro magistro Antonio patricio Romano, Malui ego bonarū literarum studiosos cū his assentationibus, cūq; uulgata consuetudine, ueliscq; (ut aiunt) pugnare. Varie pro materia utemur epithetis, ueluti prīcipem a quo muneris quippiā coneris auferre, cuiue munere accepto gratias agas, intēpestiue fortissimū, inuictissimum appellari, rectius munificentissimū aut benignissimū nominaturus. Ignoscet primo errori dux mitissime, patere te exorari clemētissime cæsar. Turcarū uim a christianorū humeris depelle rex inuicte, restitue per calumniā oppрessum æquissime iudex. In bona partem accipias uir humannissime. Non meū est tibi consiliū impertiri uir prudētissime. In hīmōi orationis genere nō sunt speciosa epitheta, sed argumēti pondus obtinent, hec ex Erasmo.

De transfigurandis epithetis. Ex eodem.

Transfigurantur hēc adiectua non inelegāter in substatiua. Itaq; p̄ nominis uicem tenēt. Obscro te pater p̄fissime. Obscro tuam p̄ies tate pater. Gratulor tibi uir fortissime. gratulor tuę fortitudini &c. Tuā inquā impr̄obitatē appello. i.e improbe &c. his si modice, & in loco utamur, et grauiorē amplificādo reddemus orationē, & grata uarietate nominabimus, nā uulgo in his nullus est modus, necq; in loco faciunt hoc ī modo. dominatiōis tuę literas accepimus. Et reuerendissima tua p̄sentia mihi significauit, & charitati tuę breuiter respōdeo, & nostra paruitas dignissimę paternitati tuę gratias agit, hēc ex Erasmo. Eiusdē studij dicūtur contyrones inquit idem, cuius sunt & hēc. Illa recte. Stultitię meę tua prudentia sit p̄sidio. Nostrā te nūitatē tua liberalitas soheat, nostrā inopiā tua copia sustineat.

De seruitute epithetorum Ex eodē.

Fugiēda est infelicitas eorū qui se certis qribusdā uocabulis alligant, quas magna superstitione imutari aut uero p̄ferri ordine piaculū putant, ut pontificē summū, sanctissimū patrē m̄ dicamus episcopū reuerendū, abbatem uenerabilē. Regem christianissimū. Ducem ille lūstrem. Comitē generosum, necq; fas esse hēc inter se cōmutari, ego miserrimū puto seruirī uocabulis. Quid enim si regem pro patriae salute sese periculis obīcientem p̄fissimum dixerō, ridebit me crasso Vulphanius ore. Quid si summū pontificem optimū, maximūq; pastorem, non optime dixerō. At isti aliud dominus Petrus, & Petrus dominus, deq; his tricis doctissimi scilicet homines sudantes

disputant. Quid si utrūq; iuxta sit barbarū, cōditionis nomē dominus est non honoris. Tyrannū non magnificū, Nam & lenonē cui mancipia sunt, dominū recte dixeris. Magistrū nostrū si dicas, theologum intelligūt, nostrū magistrū istū posse uocari qui gregē agat. Tantillū interest inter agrestē caprariū, & celestē theologū. Tu ne o theologe tātrice, morūm censor, & grauitatis columen, his nugis tibi places. Tu ne dogma professius qui uetuit uenerabile nomē affetaremus. Cristas canas erigis q̄ties magister noster appellaris, quā diluturus si quis noster magicū illud pronomen pretulerit. Magica sunt ista nō oratoria, & ab aulicis assētatoribus in stabul; aut in sym posījs conficta. Indignissima & quē ludis literarījs īportent. hæc eloquētissimus theologus & orator Erasmus roterodamus, q̄ optimo iure debacchatur plurimū in pluraliter uni loquētes, quos ipse uoscitatores nominat, multis rationib; probat apertissime nullū esse honorē unicū pluratiue compellare. Sed quid ego (inquit) nūc belluas istas literas doceam. Etm̄ si oleū et operam perdit qui alios ducit ad lyram, m̄lto maxime qui uetulos alios. Nam si probatos grāmaticos adimus in prima persona mutat numerus persēpe, aut modestiæ, aut festiuitatis, aut euphonie gratia. In tertia psona & raro, sed eisdem de causis excepta modestiæ, porro in secunda persona nūq; nisi inuidiæ causa mutādus est numerus, quod genus sunt illa ubi ad te uxoris uentū est, tum sūnt senes, et quē uestra libido, unde repente, quod inuidiosum tot seculis fuit honorificū esse cœpit, si de se loqui pluraliter modestiæ est, alteri loqui pluratiue, maligni atq; in uidi sit necesse est. Oro uestrā h̄umanitatē unicū erit mendum. Nempe uulgaris honor, Oro reuerendissimas humanitates uestras, bene duplicatū uitiū mediocris honor, & ferēdus. Adde tertia plenā inieris gratiā. Oro reueredissimas paternitates uestras domine p̄statis simile. Cumulatissimā uis inire gratiā. Quadrigā barbarismorū facito hūc in modū. Oro reueredissimas paternitates ueras, dñe p̄statis simile dñe p̄ful euge euge, ifse demū honorificētissimus ē sermo. Cui si quis spurciā nō uidet, illiteratissimus sit necesse est, si quū uideat non expuit, patiensissimus, si tam absurdā assentationē libētius etiā auribus haurit glorioſissimus etiā sit oportet. hæc & multo plura in leuissimos nebulones doctissimus theologus & orator Erasmus.

Vale quomodo faciendum.

Claudūtur Ciceronis epistolę ferme hoc uerbo. Vale, cui uix unq; quippiā adiūcit, possumus & sic uale sacere, ut Erasmus cum Manci nello docet. Mea Terentia uale. Vale mi suauissime frater. Mea spes.

Ioannis Despauterij Niniuite

uale. Vale mea lux &c. Cōmunē ualitudinē fac cures. Si tu recte ua-
les nos male ualere nō poterimus, ualitudini tuę siquidē nos ualere
uīs omni cura serui. Itē ut Badius cum alijs notauit sic. Vale & bene
age. uale & me ut facis, ama. Aueto & me ut cōpistī amare, pergitō.
Vale literarū decus, aut morū columē. Idē, maiorē minor salute ne
imptiet. Sed salutē aut fœlicitatē optet. Nā in Comico quū Gnato
Parmenonē salute imptit, superiorē se significat per parasiticā petulā-
tiā. Itē etiā atq; etiā cura ut ualeas, nos pulchre ualemus oēs, ualebis
mī Cicero nosq; mutuo diliges. Si quid erit (inqnīt Erasmus) qd ma-
gnopere uolemus eius animo insidere, id uale subnectimus. Etem q
nouissime dicūtur in discessu, ea recentissime meminisse solemus, ut
uale, nosq; quod facis ama. uale mī Cicero. & hoc unū memēto te
inter uenena uiuere. Vale. ualebis autē si philosophiā amplecteris.
Vale. & ubi cunctū eris mortalē te cogita. Vale nostri memor. Vale
& noīs imortalitati mī frater incūbe. Subdit idē. Illud bellū quoties
iam scrip̄io uale tū demū quippiā in mentē singimus uenire hūc ad
modū. Vale at heus tu, ppe modū pr̄terierā quod in primis dicitū
oportuit. Vale, sed deū imortalē quia q; pene exciderat, quod neu-
tiq; pteritū oportuit. Vale iam parabā epistolā obsignare, sed p̄ter
ociū obtigit, libet etiā diutius tecū garrire. Vale. sed iam percōmo-
de in mentē incidit. Vale at nunc demū occurrit quod primo loco
scriptū oportuit. Vale poene sociū tui recordabar. Vale. iam cāre
annullū admouerā mirū q; poene me fugerit. Vale. sed mane dū de
fratre nūc deniq; succurrebat. Vale. sed priusq; obsignē epistolā hoc
addā. Vale, iam epistolam cōplicabā, dum ecce mihi de filia tua sues-
currīt, hm̄i formē non hoc tātū loco, uerū etiā paſſim gratiam ha-
bent si quid Fabio credimus. Subiicit idem doctissimus Eras. Quis
dam hunc in modū ualere iubent, in columnē seruet imortalis deus.
Humanitatē tuā fœliq; agere precor. Pr̄stātissima tuā florēt &
in columnē tuatur deus clementiā. Sanctitatē tuā in omni p̄spēritate
cōfirmet, pp̄tius Iesu, hēc quidē, ut nō rephēdo, ita istas assutas ap-
pendices nō fero. Vale in eo q; uastū cingit fluctibus orbē. Valētem
te tueat q; mare & terras uarijs mundū tēperat oris. Nisi qd assuitur
pulchre cū ep̄la cohēreat. Badius ait. Si tñ ad uirū grauitate p̄stantē
scrip̄ero, uix audēa sic reuocare, at heus tu &c. sed potius dicā. Da
ueniā uirorū optime si tuā dignitatē iterū cōuenio, pene em id dices
re neglexerā &c. Et si pluscula īterposuimus addemus iterū Vale.
recte etiā dices uale ac salue, uale saluus, & uiue beatus &c.

Quid post uale.

Cōponendę epistolę formą. Fo. CXXIII.

Post Vale subdiſ locus, tēpusq; in hūc modū datū uel scriptū Ro-
mę. Vel in ablatiuo Roma sine p̄positione, uel cum p̄positiōe, ex ro-
ma. docet hoc Erasmus, sic datū Lutecię uel Lutecia qui Parrhyſi
nunc dicūtur, sed datū & scriptū uenustius subauditur. sic Vale ex
aula regia, e diuersorio, e cellula nostra, ruri uel rure, uel ex rure, Ex
hortis, a cōena, ex cubiculo, ad lucernā, e caupona, ad lunā &c. Dein
de subditur tēpus in hunc modū Gandaui uel Gandauo, uel ex gā-
dauo nōctis cōticinio, alta nocte, profūda nocte, plurima nocte, no-
cte concubia sub galliciniū &c. Diē notabimus sic. Vale Gandaui
Calendis martijs &c. in ablatiuo quā significal tēpus (ut ita dicam)
quādo quod in ablatiuo exprimitur, uel in accusatiuo cū p̄positiōe
ad. ut uale ex Ibris ad calēdas martias. Badius & plures dicunt hic si
gnificari diem incertū, ut sit ad calendas, iuxta uel circiter calendas,
sic ad Nonas, ad idus. de quibus mox agemus, non placet hoc defi-
derio Erasmo roterodamo sic scribēti. Tertio calēdas iunias, uel ad
tertīū calēdas iunias uel iunij &c. Sic ueteres quidē oēs. Nam quod
his tēporibus a principio mensis reliquos deinceps numerāt, id uti
neoteticū est, ita indoctū uigesimo primo die mēsis iulij, ubi hē duę
uoces & die & mensis cōtra ueterū cōsuetudinē redundant. Scriben-
dum igitur erat pro undecima die mēsis iulij, quinto idus iulias uel
iulij. Errāt enim qui p̄repositionē additā incertā. M. T. C. sēpicule di-
em ascribat ad. xv. calēdas februarias, nō ita potus scribebat ut de q̄
die scriberet ipse nescuerit. At si quādo de tēpore ambigēt. hoc pa-
cto scribēdū erit, anno circiter nonagesimo, ad annos circiter nona-
ginta. ad annos ferme nonaginta. hēc Erasmus. Annū signare docet
idē sic. Anno a christo nato millesimo qngentesimo. Anno ab hoie
redēpto post millesimū qngentesimo octauo. Anno a christo passo
qngētesimo supra milesimū, anno a uirginis partu milesimo qngen-
tesimo &c. Sic christiani. Olim yō ab olympiadū & cōsulatuū nūc
ro. Itē anno a natali christiano &c. pulchrius q̄ a nativitate christi.

Calendæ, nonæ, & idus.

Triplices sunt mēsis dies Calēdę, Nonę, & Idus. & primus qdē dies
cuiusq; mēsis uocat calēdę, quare aut̄ sic nō est p̄sentis negocij, tēpus
autē quādo quid factū est significal per ablatiuū. non sribas igitur
primo uel prima die Ianuarij, februarij &c. uti faciūt indocti, sed ca-
lendis ianuarij uel ianuaris. Nomina siquidē mensiū adiectua esse
possunt omnia, ut martius a. um. october. bris. bre. sed uix utimur
nisi in obliquis, q̄a dies october puto inauditū, ut tēpora octobria.
dic igit̄ calēdis octobribus, uel ad calēdas octobres sine discriminē.

X. iiiij



Ioannis Despauterij Niniuitę.

ait Iodocus chlihoueus theologus politioris literaturę expertissimus Augustinus datus dicit per actum diuturnū nescio quod tempus significari. A calēdis q̄ est mēsis dies primus noīant̄ dies p̄cedentis mēsis usq; ad decimū quintū diē mēsis in Martio , Maio, Iulio, & Octobri, in cæteris usq; ad decimū tertium, ut primus dies martij dicit calendę, ut dictū est, deinde ascende ad februariū cuius ultimus dies est secundus calendarū martij, sed non dicimus secundo calēdas, aut calendarū Idū uel Nonarū, quia secundus a sequēdo dicitur, dies autē p̄cedunt qui a calēdis &c. nominant̄, sic docet Badius, sed dicimus pridie. i. priore die, ut pridie calendaras aut calendarū martij, aut martias. i. ultimo februarij, deinde tertio calēdas, quarto &c. donec uenit ad diem iam dictū qui dicit idus, ut Idibus februarj &c. deinde ascendendo dices pridie idus uel idū, tertio &c. & sunt huius denominationis dies semp̄ octo, post quos proximus dicit nonē, ut nonis martij &c. Et sunt sex huius denotionis in martio, maio, iulio, & octobri in alijs quattuor hinc uenis ad primū diē qui dicitur calēde, & ascendis ad aliū mensem, ut a ianuario ad decembrē, hinc ad nouembrē &c. Idus & nonē nō sumūt denominationē alterius mēsis, & dicimus tertio nonas, idus, & calēdas, quia intelligi uideat præpositio ante, ideo nō probātur mihi Niger & Nebris, dicētes pridie & postridie esse p̄positiones, q̄a actū admittūt, eadē rōne dicerē tertio, quarto & siha hic esse p̄positiones, q̄a dicimus in actō tertio calendaras, nonas, idus, ut pridie calendaras & postridie calēda s, pro secundo die mēsis. Et tertio calendarū, idū, nonarū, ut pridie calendarū &c. grūs regit, ppria natura noīis die qd h̄c implicat, actū virtute p̄positionis ante uel inter. Elucidet omnia pueris p̄ceptor, in calendario quia facile est obseruātibus modū nostrū. Exptus loquor. Sub epistola licet modeste subiungere tale quid. Idem tibi deditissimus alius nūs. Per clientelā tibi deditissimū. Cae seruitore dicas siquidē seruire necessitatē, inseruire uolūtatis. Quod si quē (inquit Erasmus) nouitas capit per ferias (id quod uulgo faciūt) poterit iudicare hoc pacto. Ferjūs natalitijs, pridie natalis ambrofiani, pridie natalitia uirginis matris, pridie pentecostes &c. Cæterū minime prætereundum credo pulcherrimū, s. esse. Ante uale insigne quidpiā concludere qd quū ex multis, tum e Plinio secundo nancisci poteris locupletissime, uelutī obsequar consilio tuo, cuius mihi authoritas pro ratione sufficit. uale. Trade filiū p̄ceptori, a quo mores primū, mox elegantia discat, quē male sine morib; dicit. uale. Cum multis & ſepe trāctā dū est quod place, e & ſemper & omnibus cupias. Vale. Multa sunt id genus apud eundem & alios.

Epistolę qualitas.

Sermo epistolaris erit latinus, purus, dilucidus, planusq; ut indoctis
habeat facilis, et doctis, probabilis, in hoc pceptū quos legere potui iu-
rant omnes. Nam cęsar is uerbū est, ut scopulū sic fugias inauditum
atq; insolēs uerbū. Quintilia, quoq; ait, Nihil odiosius affectatione.
Non intelligi uel turpissimū est inquit Sulpicius. Sene. ad Luciliū epist.
lx. inqt. Minus tibi acurat as a me epistolas mitti frustra quereris, q;s
em acurate loqui nisi qui uult putide loqui, qualis sermo meus ect
si una federemus aut ambularemus, illaboratus aut facilis, tales uo-
lo esse epistolas meas, quae nihil habent exercitū nec fictū, sed si fieri
possit ostendere q; loqui mallēt. Fauorinus philosophus monuit q; q;
ut loqueremur uerbis p̄sentibus, ne non intelligamur. nam si nolu-
mus intelligi cur nō tacemus potius. Sed dī boni quid agimus ho-
die, mīlesimus q; inter christi sacerdotes latine lingue rudissimus
cernit, si latine scribā q;tuū clare, quotus quisq; me intelliget. Latine
& plane scribere p̄cipiūt, si latine, nō intelligor. si plane (ut agras
rī istū sacerdotes plane scribunt) non scribā latine, si alterutrū igitur
stultus sum. Iuxta Horatiū illud. Dum uitā stulti uitia in contraria
currunt. Banchus, bancharius, stufa, trusa, miles pro equite aurato,
tenella, huspodiū, tūmpus, langrauius, capella, ecclesia, patriloquiū,
ludus scaco, scabinus, sculter, leccator, ribaldus, gario, treuge, leu-
ca, bladū, guerre, carnifex, p eo q uendit carnes, cōuētus ut ipsi capi-
unt burgis magister, dñs petrus līcētarius, nepos ut ipsi capiūt, uilla-
gium, aduentagiu, passagiū, missiua, ambassiator regis, aneta, affidu-
ciare, bannire, bānitus, bānus, res ad extra, terminus ut male capiūt
beneficiare, antepodiū, pilare nomē & uerbū, Ambo onis, armiger,
& mango ut ipsi capiunt. Appodiare, camera, reor aris, cōtētor aris
& hmoī mille milia ab ineptissimis confūcta, omnes iſi intelligunt.
Eadē latine si enūciaueris horū uix capiet quisq;. Quid igitur facitā
dum, si ad horū quempā fuerit scribendū. Nunquid ut hi nos intel-
ligant barbare coponem̄s, absit, q; uernacule potius obrepemus
aut latine ut admirētur alios scire que ipsi nesciat, aut si neutrū cōce-
datur, cōcedendū erit uulgo p tēpore, sic tamen ut caute innuamus,
no sex industria solœciare, quia aliter intelligi nequerimus ab in-
docto. Id caute faciendū est ne ipse abs quo beneficiū petimus, apte
uituperari se sentiat. Verū audiamus aliquatis per suauissimū Eras-
mū in barbaros nebulones iustissime stomachatē his modis. Nul-
lum uerbū non usitatū puto uideri quod ab elegiis scriptoris exes-
at literis. Quid Cicerone candidius, aptiusq; at hic barbasculis istis

Ioannis Despauterij Niniuitę.

uidetur tenebris inuolutus. Quid terentiano sermone luculentius.
At hunc ne cōmentarijs quidē adiutus intelligis. Hieronymi etiam
si tibi uideris ne tres quidē uersiculos p̄cip̄is, hos si obscuros damnā
bis, pl̄cherrimū iudicabo cū talibus uiris cōmune crimē subire. Ob
scuri sunt sed tibi, doctis aptissimi. Ergo in te tenebre iste sunt nō in
literis. Tu quēcūq; authorē incideris mō laudatū, nocte istā tecū cīra
cūfers, spinosum clamas eē Hieronymū, uerū nō loc⁹ sed tui pedes
spinas hñt. Caligas in sole & lux ista tuis nocturnis ocul⁹ p. tenebris
est. Mutādus est (inquit) stilus q; quoq; mō nō nō intelligit. At quāto
satius est te tuū mutare uitū q; nos rectissimas disciplinas tuo uitio
accōmodare. Nos dīuīnā līnguā cui tot artes, cui nīa religio cōmis
sa est, intermori sinemus, ne tuā īndoctā arrogatiā offendamus. Mu
tabit phīlomela cū cuculo modos suos, ppter ea q; asello iudice hic
plane, illa īnuolute canere uideaſ. Ego yōo p̄ritas istas, i. barbaras uo
ces adeo nō regro, ut nec ijs qdē succēdere soleā, q; priscas a scriptorū
etīā cōsuetudine remotas eruūt. Necq; īndignor obiectū eē quod nō
intelligā, sed oblatū gaudeo qd̄ discā. Tu cōtra mauis alienā doctrī
nam rephēdere, q; tuam īscītiā aut agnoscere modeſte, aut mutare
prudēter. Mauis solē deculpare c̄p̄ līppītētes oculos tonsori licino cō
mittere, & uide interīm q; studioſe īiquus sis. Paulopost subiçcit.
Necq; yōo hēc tā studioſe differimus qd̄ eruditā simplicitate contēni
mus, q̄p̄ q; nō solū incredibilis cuiusdā est artificij, uerū etiā fēlici
tatis, ut uerā p̄spicuitatē a ueris tenebris separamus. Paulopost i epi
stolis uel Ciceronis exēplo, licet grāeca miscere latinis, obscuris illu
sionibus uti amphibolis significationibus, paroemījs, ænigmatibus,
clausulis derepente p̄cīſis, ubi multa etīā dedita opera obscuramus,
ne forte a quo minime uolumus intelligātur. Cuiusmodi debeat es
se epistola declarat idem Erasmus his uerbis. Eā ego epistolā optimā
iudico quē a uulgaſo hoc literarī genere q; lōgissime recedat quā
sentētis exquisitissimis, uerbis electissimis cōstat, quā argumēto, lo
co, personē sit maxime accōmodata. Quā amplis de rebis agens sit
grauissima, de mediocribus concīna, de humilibus elegans. In iō
cis acumine placeat & lepore. In demonstrationibus apparata, in ex
hortādo fortis & animosa, in consolādo blāda, in suadendo grauis
in narrādo graphica, letis in rebus festiuas, in afflictis luctuosa. Et ne
quē sunt infinita, p̄sequar sit uersipellis, & ut polypus ad subiectū so
li habitū, ita se ad argumēta accōmodet. Paulopost, temporū, perso
narum in prīmis habebit rationē, ut aliter seni loquaſ, aliter adulē
scentulis, aliter seueris, aliter ijs qui festiuore sunt īgenio, aliter auli
cis, aliter philosophis, aliter familiaribus, aliter autem ignotis aut pa

Cōponendæ epistolæ forma. Fo.CXXVI

rum bene cupientibus, & nō multo post, breuiuscula occupato, sur-
cator curioso. Priscis uerbis antiquario, blandior amico, licetior fas-
miliari, asperior improbo. Et tandem concludit. Qui unā quandā
sermonis formā huic generi tribuere conantur. hi non solū inanem
sed etiam ridiculam operā sumunt.

Quis epistolæ character ex Erasmo.

Desyderius Erasmus roterodamus amoenissimo ingenio & theolo-
gus & orator, de quo uerissime dici potest. Maior in exiguo regnabat
corpoce uirtus, uidet mihi de arte epistolari inter ceteros doctissime
scriptitasse. ideo libetius sum eius quam aliorum aut mea denique precepta
complexus. Ait itaque. Qui in epistolis unquamquepiam characterem aut requi-
runt aut prescribunt (id quod ab eruditioribus etiam video factum) nimis
hinimirū de re prope in infinitum uaria nimis agere uidentur, neque
multo minus absurdē facere quam sutor si omni pedi crepidas eadem
forma uelit consuere. hec multis probat. Tum ex Cice. Seneca His-
torio. aliisque que epistolæ i uolumina usque porrectas scripserunt nonnullas
deridet eos qui magicā quandā breuitatem in epistolis seruandā praes-
dicant ex Seneca dicente in epi. xv. Sed ne epistolæ modum excedat que
non debet sinistrā manu legentis implere in aliū diem hanc litē cum
disalecticis differat. haec ille, qui sinistrā manu legentis impleri signifi-
cat, quem longior fuerit epistola, tunc emē & dextera & sinistra teneri
necessare est. Quid (inquit Erasmus) si mihi argumentum amplum & co-
piosum obiectū erit, tu nihilominus me circulum istum tuum magicum
egredi uerabis? Post multa subdit. Neque interim illa epistola non bre-
uis uidebitur, in qua præter argumentum dispendium nihil adimere possis,
sed ante dixit. Neque haec dixerim quod eos probem quod ridicule copiam af-
fectantes emendatis uoculis, & male consutis epistolā infartūt. Con-
tra eos quod epistolā illaborata esse uolunt, ne lucernā oleat, sic dicit Eras.
Istorū yō literę non lucernā olēt, sed hircum. Quis porro adeo est de-
mens quod non eas literas optimas esse iudicet, quod sunt omni arte, curaque
elucubratio, ac elaboratio: post compluscula sic concludit. Scribito quod
in buccā uenerit, sed ita ut ad Atticū fecit. Cice. De grauitate epistolæ
statim subdit. Ham illis qui epistolariū figurā quotidiano sermoni
quam proximā esse oportere contendunt, uel una Ciceronis epistola ad
Octauium scripta facile concuerit, quod non ad ordinis modo pcellas attollit
litterū, sed in tragœdiā usque exit &c. Concludit Eras. Efferuescit ergo usque
in tragicā usque uociferationē epistola si quoniam res ita expostulabit, sumetque
ampullas & sesquipedalia uerba. Neque maximis de rebus perinde
ut de macerandis falsamentis, & holeribus coquendis loquetur. Ceteræ



IVX Ioannis Despauterij Niniuitæ.

rum in mediocribus argumētis non displicebit atticismus, ita si sermo ueluti e fonticulo lympidis aquis leniter fluat, non ueluti sentina sordes trahat. Magis noscenda q̄ nota scribas, si breuis esse cupis ita rerū pones exitus, comico illo artificio, ut ex ijs quę pr̄cesserunt cōjciātur. Eius ad quę scribimus epistolę argumentū recensere sup̄ sedebimus, sed id nostris ex argumētis diuinandū relinquemus. Qd̄ genus sunt illa, quę narras. Antonius episcopus quę Lupo cōmisisti quod de filię partu scribas, ubluptatē mihi magnā nuncias, aliter angelus Politianus suo quodā insituto interim factitauit. Alibi cōcludit Erasmus sic. Ex omni authorū genere qui purissimā romanī sermonis uim et supellecūlē cōparemus, quę si suppetet artē in episto la nō admodū es flagitabimus, si deerit, risum etiā mouebit artis affectatio. hęc Erasmus. Sunt etiā pulcherrima in epistolis adagia. modo sunt rara, quę ab Erasmo planissime elucidantur, & a Vergilio Polidorō non ille pide, nec non in epistolis prouerbialibus Fausti poetę in priqnis diuini, miro artificio colliguntur ac digerunt. Themata uel materias (ut uocat) docet dare uenustissime Erasmus, nā sumere debemus ex poetis, historicis, ceterisq; non de nugis & calceis resarcieis dis, ut uu'go faciūt triuiales, sed omniū pessime, quorū discipuli nū q̄ discūt epistolas cōponere, & plus tamē placēt inepto popello istorum nuge, q̄ quorundā doctorū seria. Verum & sua riserūt secula Mēonidē. Abruptū & pene satyricū initū in ioco & in familiaribꝫ mire delectat, ut Siccine ueterē amiculū negligis. Echo quid agis obsecro &c. Si qd̄ nō satis receptū dicturi sumus, premiuniendū erit tali particula, emi tribus nūmāis quos scutones nostri uocant. emi uestē quā diploida nunc dicunt &c. Itē honor sit auribus, ut ita loqr &c. author est Fabius li. viij. De exordijs, narrationibus, generibus causarū, deliberatiō, demonstratiō et iudicali, de exemplis, ceterisq; nō dictis, ab Erasmo uel Sulpī. doceri poteris, sed a nullo melius q̄ Cicerone & Quintili. totius eloqntie luminibꝫ. ideo de his nihil docebo, pauxillula ex Quintiliano dūtaxat additurus.

*Ex Quintiliano quedā scitu digna.

Quintili. lib. viij. sic inquit. M. Antonius ait. A se disertos uisos esse multos, eloquentē autē neminē, disertos satis eē putat dicere q̄ oportant. Ornate autē dicere, pprie est eloquētissimi. Eloqui est omnia q̄ mente cōceperis, pmere, atq; ad audiētes trāsserre.

Quatenus ornate loquendū Idem lib. eodē.

Non ideo tamē sola est agenda cura uerborū, occurrā em̄ necesse est uelut in uestibulo protinus apprehēsuris hanc professionē meā, resiz

Iam his qui omissa rerū (qui nerui sunt in causis) diligētia quodam inani circa uoces studio lenescūt, idq; faciūt gratia decoris, quod in dicēdo mea quidē opinione pulcherrimū, sed quū sequiſ nō quū affectatur. Hęc a ſititudine corporū pbat Fabius, & tandem insert. Curā ergo uerborū rerū uolo elle ſollicitudinē. Cōtra eos q anxie loquitur ait. Sed opus eſt ſtudio & pcedente, & acqſita facultate, & quaſi reponita. Nāq; illa querendi, iudicandi, cōparandi. anxietas dum diſcipimus adhibēda eſt, nō quū dicimus. his Quintiliiani uerbis conten tanea eſt ſentētia Ciceronis li. i. de ora. quā Gellius etiā ponit lib. i. ca. xv. Quid em̄ (inquit) tam furiosum, q; uerborū uel optimorū atq; ornatissimorū ſonitus inaniſ, nulla ſubiecta ſentētia nec ſcientia. Caſtritus quoq; thetor (ut ait Gel. li. xi. ca. xiiij.) uenuste dixit. Ne patias mur ut aures noſtre cadentis apte orōniſ ſine grauitate ſententię & gratia modiſ eblādīg, animū quoq; nobis uoluptati inani pſūdāt.

De uocabulī antiquis.

De antiquis Quintili. li. viij. ſic ait. Obscuritas fit etiā uerbis ab ufu remotis, ut ſi cōmentarios q; pontificū & uetusſiſmorū foedera, & exoletos ſcrutatus authores idipm petat, ex hiſcq; inde contraxerit q; non intelligūtur. hinc em̄ aliq famā, eruditiois affec̄at, ut quedā ſo li ſcire uideātur. In eodē lib. At pualit quidē iam multos iſta perſua ſio, ut id iam demū elegāter atq; exquifite dictū putet, quod interp; tandem fit. Suffragat Gellius Quintiliiano, ait em̄ ca. vñ. lib. xi. Verbiſ uti aut nīmie absolutis exculcatiſq; aut inſidentibus, nouitatib; durq; & illepidē par eſſe deliciū uidei, ſed moleſtius culpanſq; eē arbitror uerba noua incognita, inaudita dicere q; imulgata & ſorden tia, noua aut uideri dico etiā que ſunt inuifitata & delita, tametli ſint uetusſa. Declarat hęc Gel. per apludā, floces, fraces, & bouinaor. In terim tamē antiquis utimur cū gratia, dum nō ſint doſtillimis igno ſta. nam ait Quintili. li. viij. Proprijs dignitatē dāt antiquitas, namq; & sanctiorē & magis admirabilē faciūt orationē, quibus non quili bet fuerat uetus, ſed idem in. i. li. de eiſdē dicit. Opus eſt moſo ut neq; crebra ſint hęc, nec maniſta, quia nihil eſt odiosius affectatōe. idem li. viij. Prima uirtus eſt uitio carere. Huic ſentētię, suffragat illud Horatianū. Virtus eſt uitii fugere, et ſapiētia prima Stultitia caruiſſe.

De exercitatione, arte & lectione.

De exercitatione ait Quintili. lib. i. haec ipſa ſine doctore perito, ſtu dio pertinaci, ſcribendi, legendi, dicēdi, multa & continua exercita tione per ſe nihil ualēt. De arte, ſic ait eodē lib. Si qua in hiſ ars eſt diſcendi, ea prima eſt ne ars eſſe uideaſ. De lectione. li. x. Lectione inq; nō

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

cruda, sed multa iteratione mollita, & uelut cōse cta memorie imitatione tradatur ac diu nō nisi optimus quisq; et qui credentem sibi minime fallat, legens est. Et tantulū de constructione & epistolaz rum compositione, si qua uidebunī hīc abesse spero me alibi dictur tametsi non omnia, quia nemo unus uenator omnes feras capit, & uerbū celeberrimi Columelle est. Nulla est ars quę singulari cōsumata sit ingenio, & authore flacco nostro, nihil est ab omni parte beatum, in hac scilicet lachrymarū urre, unde nos ad cōlum euehat ipsa pereftio, deus noster iesus christus Amen.

Secundę partis grāmaticę Despauterianę finit.

Argentorati ex Aedibus Matthiē Schurerij
Mense, IVLIO. Anno, M. D. XV.

Liber Societas Iesu Paderbornae

REGNANTE IMPERATORE CAE
SA RE MAXIMILIAN.P.F.
AVG. P.P.

17
mich wünsche Gott
et simeon in pomerania

Großd





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





Th
6088